



100

~~22~~
~~13~~ 10

200

Y

V

2

7

de hunc publica
DE A R T E
R H E T O R I C A

L I B R I T R E S.

EX ARISTOTELE, CICERONE,
& Quintiliano præcipue de prompti.

Nunc ab eodem Auctore recogniti, & multis
in locis locupletati.

Auctore Cyprian. Soario, Sacerdote Societatis IESV



P. Stellus

O L S I P O N E.

Cū facultate Sup̄mi S. Inquisitionis, & Ordinarij.

Nec non Regis Lusitaniae.

Apud Ioannem Rodericum, Anno Dñi 1620.

T Axão este libro da Rhetorica do Padre
Cypriano Soares em 1620. fôs empapelado
a 23. de Janeiro de 1620. annos.

97.923
Francisco Pinto.



O L S E Q U I N E

1620. Ano da Regencia da Infante D. Henrique

Monumento à Regência da Infante D. Henrique

1620. Ano da Regência da Infante D. Henrique

L I C E N C , A S .

Nibile est, cur denuò imprimi nequeat; Olysi-
pone in nostro hoc diuø Collegio dicato Cœ-
nobio. 12. Nouembris anno Domini 1619.

M. Vincējus à Resurrectione.

VIIha a informação podeſſe imprimir esta Ar-
toria de Cipriano Soares, & depois de im-
preſſa torne a este Conselho para ſe confeſir o
original. & ſe dar licençā para que corra & ſem elle
não correrá. 18. de Nouembro de 1619.

Bertholameu da Fóſeca, Antonio Dias Cardozo
Fr. Manoel Coelho, Gaspar Pereira

Podeſſe imprimir esta arte de Rhetorica, Lisboa
20. de Nouembro de 1619. E impresa torne.
Aliás ſe paſſara mandado para não correr.
Viegas.

Dam licençā para ſe imprimir este libro de
Arte Rhetorica do P. Cypriano Soares, vistas
as licenças que tem do S. Officio, & do Ordi-
nario, & depois de impresso torne para ſe taxar,
& ſem isto não correrá a 5. de Janeiro de 1620.
Francisco Pinto.

S V M M A D O P R I V I L E G I O R E A L

Qne aos Padres da Companhia de
I E S V he concedido.

LR EY nosso Senhor fez merce aos
Padres da Companhia de I E S V , de-
ste Reyno, que ningué possa Imprimir,
nem trazer de fora , nem vender quaequer li-
uros compostos , ordenados , ou tresladados
por elles, sem sua licença , sob pena de perder os
ditos Livros que lhe foiem achados , & trinta
cruzados : como mais largamente se contem no
Privilégio , & Pruisam de Sua Alteza .

R E Y

ILLVSTRISSIMO
D· D· SANCI DE PHARO, LV PO
Baronio, Castro, Brigantino, &c. Excellentissi-
morum Comitum Pharensum filio dignissi-
mo, amerioris studij candidato,
AEVVVM MORTALE, ET IMMORTALE.



P HARVM Alexandrinam, iucundissim
sim SANCI sit hæc tui p̄fatio-
verissima, dū æt̄s vlera debitos tenui
los maiora partuit. R̄giā sumptu-
w, insignem arte, nobilitatim finit.

translucidam lapide speculari, Sostratis archite-
ctam ingenio, Rex Aegyptius Ptolemy exco-
gitauit, ut nocturno nauigatiū cursui ignes es-
tenderet ad præmonstranda vada, portusq; in-
troitum. Dum hæc inter meos libros erosos blat-
tis periego, Rhetoricæ aitem excudi satagēs ne
obliuione oblitteraretur, nihil primus, & solus oc-
currit i, cuius ingenitum splendorem prima æta-
te humanioribus litteris consecratum, quasi ve-
ram Pharam, proponerem intuendum Rhetori-
ces nauigationem auspicantibus; quibus, ne ab
aliqua Scyllz, & Charybdi absorbeantur, desidiā
dico; vel in latentia faxa, & atas torqueātur à No-
to, ventosa innuo consilia; vel nocturnis tenebris
circunfusi à portu deuient tranquillo, difficultatē
astruo perdiscendi; neminem sane ad imitandum
Rheticæ candidatis Regina potuit Eloquentia
dignius, & illustrius quasi signum, & flāmam at-
tollere, quā te SANCTVM humanissimū; cuius
addiscendi ardor à parentibus Excellentissimis
Comitibus si non obtinuit, et extorsit facultatē
ut ab eorum dulci complexu, & ferè ab incuni-
bulis per vim abreptus abstraherere ad prima lit-
terarum incipitalia, amara licet, avide diglutien-
da;

da: ut hoc velutī factō insigni amusis ostendere-
tur quanti à viris primoribus fiant in Societate
I E S V litterarum studia religiosa, & doctrina la-
boriosa; nunc vel maximè quando aliquibus, pin-
gui torpē palato, nullæ studiorum amēnitates,
ne tragemata quidem sunt cordi. Ignorant sane
isti veram nobilitatem non in astragalis, aut ceris
solum esse ostentādā, sed in vna, veraq; rerum
scientia: cuius primum, & firmum iaciuntur litte-
ræ humaniores fundamentum. Tibi, adoleſcens
nobilissime, dum hæc studia moliris, satis nota
erat illa sententia ornatissima triam Augustorū,
Valentiniani, Valentis, & Gratiani, dum L. Pro-
videndum. C. depositularis, afferunt, Aliquos fie-
ri à scientia nobilissimos; quorum auctoritati Sa-
lycetus innitens proclamauit: Nobilitatem esse
filiam scientiæ: & merito. Nam, si lumen Nobi-
litaris scientiæ dignitatē grauitè illustrat; haud-
dubiè scientiæ dignitas generis splendorem ve-
nustiùs nobilitat. Alios rapit fortuna strateotica;
alii sanguinis dulcescit claritudo; aliorum au-
ritiæ solum suppactum auro succollat; paucis ho-
nestatis, & virtutis species aridet; nullis propè
scientiæ dignitas clarescit. Te vero, si maiorum

qua fulges, ductam originem recēdere vellem, at-
ma sibi vendicant, dum proauorum bellicis tro-
phæis insignita stemmata gloriātut : te antiquis-
fima ab heroicis ad nostra deriuata seculis nobi-
litas clarissima ex ollit, dum Barones, Phari, Lu-
pi, Castri Brigatini, aliorumque illustrium fami-
liarum nitores in te uno pulchrius illucescunt: te
virtus veluti hæreditaria suum esse prædicat, dū
præter innumera maiorum exempla pictate, &
sanctimonia illustriū, Auunculi religiosa vestigia
cælesti passu i asequeris, qui e in antiquā excitat
virtutē. Atenim tibi SANCIO, vltra hæc omnia,
mentem scientiae ardor inflammauit ad illius am-
plitudinem animo nō puerili, imò plusquam vi-
rili à teneris indagandam; quando, nucibus ante
annos relictis, togam præuertens, veré facis ut de
te verius illud elogium, quā de Crispino videa-
tur à Papinio decantari.

Senos bis iam tibi circuit orbes
Vita, sed angustis animus robustior annis;
Succumbi g̃ oneri & mente sua nō capit atas, &c.
At tibi Pieria tenero sub pedatore cura,
Et Pudor, & docti legem sibi ponere mores,
Et belle: tua enim puerili comitate conditam
virilem

virilem severitatem parentum sanguine delibatam adamussim videatur dignius, quā in Piso-
ne, Sulmonensis ita delineasse;

Talis inest habitus qualem nec dicere mestū,
Nec fluidum; lata sed tetricitate decorum
Possimus: ingenitæ stat nobilitatis in illo
Pulcher bonos, & digna suis natalibus ora.

Tibiego litterarum studia sitienti ardenter Tā-
tali fontem suauissimum ab Apollonio Tianæo
longissimis terrarum, & maris spatijs suicēter in-
dā gatum, & apud Hiarcam ex eodem propinā-
tem discipulis feliciter inuentum, audens vīta
vires, & sortem offero, librarius scilicet librum,
at librum Rhetoricæ; ea tamē lege, vt illius amo-
re captus nunquam studia intermittas, quò be-
nedicendi arte Heroibus etiā vtilissima eloquen-
tissimus excellas; (nam ille etiam decātatus Pyr-
thus formidatus Romanis, Annibali, & Scipio-
ni eorundem voce prælatus, identidem affirmās
repetebat, Plures vībes sibi eloquentiam Cy-
neæ, quam sua arma peperisse) & tandem co-
nātibus ad Rhetorices portum vela dare, dum

eadem tibi modō præludit; & grandiori grandia
docti meditantur, portū tranquillissimum of-
tendas, veluti altera PHARVS AEMV-
LA LVNAE. Visæ vt Nestor:
Vale vt Cæneus: Cresce
vt ramus aureus.

Tuus mediastinus

Petrus Baptista
Bibliopola

D. CY

D; C Y P R I A N V S; SOAREZ
Christiano Lectori S.



ONG E profecto melius , atque prae-
denteris studijs suis consulunt , qui op-
timos Authores in omni disciplina-
rum genere legēdos sibi atque imitan-
dos proponunt , quam qui his neglegētis
delectu omniac discrimine remoto quos suis cupidif-
sime sequuntur . Quod si quis vetera paulò altius re-
petere voluerit , quocunque se animo & cogitatio-
ne conuertet , hoc ita esse comperiet . Ut enim alios o-
mittam , qui in bonarum artium studijs liberalissi-
mis sunt doctrinisque versati , satis constat Platonē
ingenio , doctrina & copia dicendi longe omnibus su-
perioribus prestitisse . Ergo ex eius disciplina quot
viri quanta scientia , quantaque in suis studijs va-
riate , & copia , quam admirabiles extiterunt ?
Atque ut alios fileam quorum scripta temporum in-
iuria perierunt , illi & Aristotelem summum phi-
losophum , & Demosthenem omnium oratorum fa-
cile principem proculdubio debemus . Si quidem
Aristoteles totos viginti annos Platonen audiuit :

Demosthe

Demosthenes: vero eundem non solum audiuit, sed etiam lexitauit. Quid Ciceronem ad tantum in philosophia, & eloquentia decus euexit? An non Platonis, Aristotelis, & Demosthenis imitatio? Finis non sit, si velim eos numerare, qui ex Aristotelis disciplina in omni doctrina & ingenij laude præstantes prodierunt. Tanti refert, quem imiteris, quæ legas, quem admireris. Hoc intelligentes nostra societatis preceptores, ex eo tempore quo iuuentutem, virtute, & literis informant, eos authores discipulis exponunt, qui prater ceteros in suo genere floruerunt. Quia de causa molestius etiam ferebant nullum esse librum veterū scriptorum, qui adolescentibus discendi cupidis primum aditum ad eloquentiam aperiret. Non quod doctrina dicendi parum Latinis literis sit illustrata nam & Quintilianus de ea diligenterissime simul & doctissime scripsit, & in libris Ciceronis tantum est cura, tanum suavitatis, elegatiae atque doctrine, ut apud Gracos quidem aut pluribus, aut melioribus, preceptis orationis facultas sit exornata; sed quod primam tyronum institutionem eorum scriptanmis sint accommodata. Quid enim discipulis ad hec studia ingredientibus explicarent. Quintiliani libros? sunt illi quidem, ut dixi, sum-

ma diligentia, singulari iudicio, summa etiam eruditione conscripti, at ita sunt longi, sic nonnunquam obscuri ut maius otium, & aerius iudicium desiderant, Partitiones oratorias? at ita sunt breues, & concisae, ut multas & magnificas eloquentie opes cōstructas, & reconditas nimis anguste coarctent. Libros de oratore ad Quintum Fratrem? at in dialogo sunt scripti. Precipuas autem in illis partes habet Crassus, & M. Antonius homines ut dignitate, sic eloquentia in Romana Repub. maximi, qui minora illa, sed discensibus in primis necessaria celeriter transfigunt, quæ vero sunt à vulgari intelligentia magis remota, ea, non facile dixerim, ornatus ne an copiosius prosequantur. Huc accedit, quod dū Crassus perfectum. Antonius communem informat oratorem, magis altercationibus, qui dialogorum est mos, in contrarias partes disseritur, quod mediocriter quidem eruditis, qui iudicij iam aliquid habent, non solum magnam & ingenuam delectationē sed mirabilis etiam utilitatis fructum affert, tyranno bus non item, qui disputationis vim atque incitationem aspiciunt, vestigia ingressumque ux intuentur. Duos de Inventione libros puerο sibi inchoatos, & rudes Cicero excidiisse affirmat, propter et quod

quod nec orationis expolie ndae & conformandae rationem docent, nec inueniend: fontes ab Aristotele demonstratos aperiunt. Itaque emulta in eis praecipia sunt, quæ editis postea libris idem Cicero improbavit. Libri vero ad Herennium, à quounque illis sint scripti, similem inueniendi viam demonstrant, & quedam de statu, multa de verborum & sentiarum continent ornamentis diuersa ab his, quæ Cicero, & Quintilianus eisdem de rebus traiderunt. Topicorum liber tantummodo declarat viam ab Aristotele inuentam ad reperiendum in omniratione argumentum: & quoniam ad Trebatium iuris consultum scriptus est, exempla habet ex intima iuris scientia desumpta, quæ usque eo sunt difficultia sua obscuritate multos ab eius libris lectione rejiciant. In oratore vero ad Brutum quæ sit optima species, & quasi figura dicendi Cicero disertissime exponit. Sed cum ad Brutum scriberet vulgaria precepta per multa, quæ discendi studiosis vehementer conducunt, breuiter percurrit, vel penè praterit. Que vero de orationis numero mirabiliter præcipit, ut adeuntibus ad eloquentiam uilia sint, ordinem alium, & exemplorum lumen desiderant. His de causis cupiebant nostri preceptores, ut omnes eloquentiae partes explicatae definitionibus, exemplis

exemplis illustrata ex Aristotelis sententia, Ciceronis verò, & Quintiliani non sententia solum, sed plerumque etiam verbis aliquo libro, via & ordine comprehendenderentur. Futurum enim existimabant si id fieret, ut discipuli simul cum vulgaribus Rhetoricae preceptis illa magis recondita de argumentorum locis, de amplificatione, de orationis forma, & numero perciperent. Quam ego prouinciam cum eorum voluntate suscepissim, quibus libenter vita mea rationes commisi, his tribus libris dicendi pracepta, quantum exiguae ingenij mei vires efficere, & consequi potuerunt, complexus sum, ut tuuarem adolescentes ad legendos Aristotelis, Ciceronis, Quintiliani doctissimos libros, quibus eloquentie fontes continentur. Neque verò ignorom multa horum, que à veteribus sunt tradita, ab his à quibus defendi equius erat, editis etiam libris oppugnari. Sed cum à multis, qui singulari doctrinae sunt praediti, eadem defensa sint, mihi consilium fuit, de his, quae tot doctissimorum seculorum approbauit consensus, nichil sine ratione mutare. Imò vero te Christiane lector vehementer orans que obsecro, ut hanc libidinem temere contradicendi veteribus scriptoribus de anima tuo penitus cuel-

Las, ne ad eius perniciem longius deinde serpat. Nam
semper atque cupiditas hæc ad ingenium tamquam fax
ad materiam adhæsit, incredibile dictu est, quæ
continuo excitet incendia. Illud etiam tibi persuau-
deas velim nos nihil magis cupere, quam ut vir-
tute & literis maxime sis ornatus, ut Christo
Iesu, qui est parens & salutis viæ
nostræ, gratus sis & iacundus.

IN LIBROS DE

ARTE REHTORICA

au horis Proœmium.

Rationis, & orationis tanta est similitudo, ut Græci, qui non intelligendi solum, sed loquendi etiam principatum tenuerunt uno, utramque vocabulo, Latini, Græcorum prudentiae æmuli eodem pene nominarint. Est enim oratio quasificationis imago quædam. Rationem in mente, cui regnum totius animi tributum est, Deus Optim. Max. posuit: orationis sedem id est summus opifex incelsissima, ac nobilissima corporis parte collocavit: ratio est sicuti lux quædam lumineque vitæ: oratio est orationis decus & ornamentum: ratio regit, ac moderatur proprium animum: oratio flebit etiam alienos: rationis est species admirabilis, eam tamen in us latenter orationis pulchritudo declarat. Ita quod lumen est soli principi, ac moderatori luminū reliquorū id est oratio rationi dominæ, ac reginæ reiū omnium. Hinc nimirum, sit, ut summi illius rectoris mundi huius bonitatē, sapientiam, vim & po-

testatē suspiciendam, admirandāq; hominū genē
ri ut rationis, sic orationis vis, & natura cogat cō
fiteri. Quid enim admirabilius esse potest, quā
cogitationes tam multas, tam excellentes, tam
varias atque multiplices orationi commendari?
Orationem vero exceptam aere quasi vehiculo
incredibili celeritate brevissimo temporis spa
tio ad quam plurimos peruenire? ac postremo
per tenuissimos aurium meatus singulari opere
artificioque perfectos in alienos animos intioire
atque in eis tam perfecte, tam insigniter impi
mire speciem suam, ut mōrentes consoletur, tor
pentes excitet, afflictos erigat, inani lētitia cla
tos cohībeat, & in quemuis denique motum au
ditorem impellat? Quod si, orationis tanta præ
stantia est, non potest non maxima esse dignitas
Rheticæ, qua ornandæ orationis doctrina cō
tinetur. Eadem enim hominis ratio, quæ cæte
ras artes inuenit, dicendi quoque artificium illu
stravit. Nam primo terram peruagata non mo
do eius formam, situm, secunditatē, sed eorū
etiam, quæ in ea gignuntur varietatem, usum, na
turamque cognouit: tum mare ingressa profun
dam, & immensum, quot genera, quamque dispa
ria

ria degentium in eo belluarum inuestigauit? Ex
insiderum ornatum, & pulchritudinem admirans
cognito prius aere & his, quæ ex eo generantur, in
cœlum usque penetravit. In quibus rebus, tam
multis, tam varijs, tam disiunctis, tam abditis, at-
que obscuris inuestigandis, si tanta fuit rationis
sagacitas, & sceleria in expolienda oratione, quæ
eius comes, & interpres est, non minor profe-
& o fuit cura. Hic est eloquentiae ortus, hæc nobilitas,
hæc cum ratione coniunctio. Quia de cau-
sa vehementer vigilandum est ijs, qui sapientiae
flagrant studio, enitendumque omni cura ac di-
ligentia, ut Rhetoriceæ dialecticæque præceptis
optime cognitis, ad reliquarum artium fastigia
contendant. Quam viam iucundam, faciem, bre-
uem, & quasi compendiariam, non modo non af-
feram aequam arduam. aut lögiam esse compriem.
Quod ut facilius consequatur, hi tres libri ar-
tificium dicendi à veteribus traditum breuiter
explicabunt. Et in primo quidem libro, qui de
inventione est, sedecim argumentorum loci sunt
explicati simul cum his, quæ ad permutendos 2-
nimos ex ijsdem locis eruuntur. Præcepta etiam
quædam sunt exposita ad exhortationem, & deli-
berationem


berationem accommodata. In secundo vero, qui
dispositionis præcepta continet, de orationis par-
tibus, de statu, iudicatione, & ea cōtrouersia, quæ
ex interpretatione scripti existit: præterea de ra-
tioinatione, enthymemate, inductione, & exem-
pto agitur. Et quoniam frequēs menio facta est
ab antiquis auctoribus Epichermatis, Sotii, &
Dilemmatis, eorum vis explanatur. Tertius de-
nique liber docet orationis ornatum, qui est in
verbis, vel simplicibus, vel coniunctis. Itaque de
verbis nouis, de inusitatibus, de tropis, de lumini-
bus verborum, & sententiarum, de origine, causa,
natura & usu orationis aptæ, ac numerosae, tum
ad extreum de memoria, & pronunciatione n
in eo disseritur. Sed quo maior utilitas ex elo-
quentia percipi possit, Christianis præceptis di-
ligenter ea purganda est. Ut enim bonus agrico-
la vitam, quæ sylvestrit, & in omnes partes nimia
funditur, ferro coercens: tum fructu lætiorem, tū
aspectu pulchriorem reddit: sic eloquentia, si am-
puretus errorum inanitas, in quos delapsa est vi-
ti o hominum diuinas leges ignorantium, suam
admirabilem speciem recuperabit. Excidatur igit
mentiendi licentia, quam scueré diuinis præ-
ceptis

ceptis interdiātā oratori. Quintilianus, & antiqui rhetores concedunt: amputetur procacitas, & vitium illud tēteriūm lacerandi alios probris, contumelij, maledictis, cui utinam ne Demosthenes, & Cicero rātopere indulſiſſet: reſeſetur arrogantia, & inanis laudis appetitus, qui sciem animi perſtrīgit: intelligatur iniquum eſſe te nebras auditoribus offundere, ne verū pereſpiciant, & ſuſfragium atque ſententiam dicendo corrumperē, quod à Græcis, & Romanis oratoribus eſt factitatum. His tot tantisque deletis malulis, cōtinuo exiſtet illa diuina & cœleſtis Christianæ eloquentiæ pulchritudo, quæ tanto erit præclara magis & eximia, quanto diligentius ad omnium hominum utilitatem conferetur, & ad laudes celebrandas Dei Opt. Max. qui ſermonē homini dedit ad ſocietatem, & coniunctionem cum hominibus tuendam. Hæc eſt illa Christiana eloquentia, qua Gregorius, & Basilius nobilitissimum par amicitiæ, doctrinæ sanctitatis plenimum preſtiterunt, & Iuliani amentissimi, & profligatissimi hostis religionis impetus omnes fregerunt: hac excelluit Athanasius vir ſanctissimus quem nec ſæuiflora periculorum tempeſtas, nec humana

hūmanorū commōdōrum aura potuit vñquam
de suo cursu dimouere, quin Arrij ſimpium, & cōf
teleratum comprimeret furorem: hāc flērū erūt
Chrysostomi. Ambrosij, Augustini, Hieronymi,
Cypriani, qui Christianæ Reip. fuerunt lumen
lōg⁹ clarissimum. Ut alios quam plūmos omit-
tam, quorum est copia digna Christiani nōminis
gloris. Hos tales ac tantos viros qui volet
imitari, colat Christianam eloquētiām,
quæ ex dīnīnaturum rerum curā, &
contemplatione, ex **CHRSTI**
I E S V amore, ex maxi-
marum denique arti i
studij⁹ eftorescit.

(**) *

DE



DE ARTE

RHETORICA.

LIBER PRIMVS.

Quid sit Rhetorica, quod eius officium, & finis.

C A P V T I.

RHETORICA EST Arist.
vel ars, vel doctrina dicendi. libr. i.
Ars est, quæ dat rationes cer- Rhetor
tas, & præcepta faciendi ali. capi. i.
quid, quæ habet ordinem, & Declar
quasdam errare in faciendo non patientes er. Qui
vias. Esse autem eloquentiæ artem perspi- tit lib.
cuum est: cum enim rerum minimarum 2. e. 8.
sine arte nulla sit, hominum est parum con- Offic. 2.
sideratē iudicatiū, credere maximarū re- Arist.
rum nullam esse artem. Dicere est, ornare, libr. i.
grauiter & copiosè loqui, Rhetoricæ offi- Rheto.
cium est, dicere appositiè ad persuassione: t. 8. De
finis innuit.

DE ARTE

*Cic. lib.
s. de rep
est autē
zs locus
lib. 8. E
pist. ad
Art.* finis persuadere dictione. Ut enim gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori victoria, ut moderatori Reipub. beata ciuium vita proposita est, ut opibus firma, copijs locuples, gloriæ amplæ, virtute honesta sit, sic oratori nihil aliud propositum est, nisi vt dicendo persuadeat.

De utilitate, dignitateque; Rhetorica.

C A P. II

Arist. **D**ignitas eloquentiæ, vel ex eo intel-
libr. r. ligi potest, quod in omni libero po-
Rhector pulo, maximèq; in pacatis, trāqui-
capi. r. lisq; ciuitatibus præcipue semper floruit,
De ora. semperq; dominata est. Quid enim aut tā
Quint iucundum cognitu, atq; auditu, quām sa-
libr. 5. pientissimis sententijs, grauissimisq; ver-
cap. 17. bis ornata oratio, & perpolita? aut, tām
potes, tāmq; magnificum, quām hominū
animos vnius oratione conuerteri? Quid
admirabilius quām res splēdore illustrata
verbo-

verborum? Oratoris est in dando consilio
de maximis rebus cū dignitate explicata
sententia. eiusdem & languentis populi
incitatio, & effrænati moderatio. Eadem
facultate fraus hominum ad perniciē , &
integritas ad salutem vocatur. Quis co-
hortari ad virtutem ardencius? quis à vi-
tijs actius reuocare? quis vituperare im-
probos asperius? quis laudare bonos or-
natius? quis cupiditatē vehementius frangere
accusando potest? quis mætorem le-
uare mitius cōsolando? Ac ne plura, quæ
sunt penè innumerabilia, dicantur, breui
statuendum est perfecti oratoris modera-
tione, & sapientia non solem ipsius digni-
tatem, sed & priuatorum plurimorum, &
vniuersæ Reip. salutem maximè cōsereri.
Quo maior igitur est eloquentiæ vis, hoc
est magis probitate iungenda, summaque
prudentia: quarum virtutum expertibus
si dicendi copiam tradiderimus, non eos
quidem oratores fecerimus, sed furenti-
bus quædam arma dederimus.

De materia Rhetorica.

C A P. III.

De in- **A**rtis materia est, in qua omnis ars, &
nent. ea facultas, quæ conficitur ex arte
Quint: versatur: ut si medicinæ materiâ dicamus
libr. 2. morbos, ac vulnera, quod in his omnis
cap. 22. medicina versetur. Itē quibus in rebus ver-
 fatur ars, & facultas oratoria, eas res tra-
De ora teriam artis Rhetoricae non innamus. Sed
tu, I. hoc interest inter alias artes, & eloquen-
 tiam, nam cæteræ ferè artes se ipsæ per se
 tinentur singulæ: bene dicere autem quod
 est scienter, & peritè, & ornatè dicere, nō
 habet definitam aliquā regionē, cuius ter-
 minis septa teneatur. Omnia quæcūq; in
 hominum disceptationem cadere possunt,
 bene sunt ei dicenda, qui hoc se posse pro-
 fitentur aut eloquentiæ nomine inquen-
 dum est: Quam opinionē non solum Ro-
 manæ eloquentiæ parens Cicero, sed phis-
 iosephorum etiâ facile principes Plato, &
In Phæ Arist. multo ante secuti sūt: materia enim
tro. oratoriad dicendum subiecta, quæstio est.
De

De questione.

C A P. IIII.

QVæstionum duo sunt genera, alterū *In part.*
infinitū, quod Græci Thesin, Cice-*te.*
ro propositum vocat: alterum certum, &
definitū, quod hypothesin illi, Latini vel *Topic.*
*civis*am, vel controversiam solent appellare.
Propositum est, in quo aliquid gene-*De ora-*
*rati*m quæritur hec modo: experenda ne *tor. 2.*
sic eloquētia? Causa est, quæ certis perso-*Cic. in*
nis, locis, tēpōibus, actionibus negocijsq; Topic.
cerditur, hoc modo: An Socrates iure fue-
rit ab Atheniēnsibus damnatus? Proposi-*Quint.*
ti duo sūt genera cognitionis: alterum, cu-*libr. 3.*
ius scientia est finis, ut, an solis magnitudi Topic.
ne multis partibus terra superetur: alterū in part.
actionis, quod referunt ad efficiēdum ali-
quid, ut si quæretur, quibus officijs amici
tia colenda sit. Causarū tria sunt genera, cap. 5.
iudicij, deliberationis, exortationis, quæ
quia in laudationes maximè confertur,
proprium habet ex eo nomē laudationis.

De in- | **N**exornatione duæ sunt partes, laus, &
uent. 1 vituperatio. Tempus tuimpræsens, tum
Arist. præteritū, Spectat autē orator honestatē
libr. 1. præcipue cū laudat, turpidinem cū vitu-
Rheto. perat, mouetque auditores ad delectatio-
cap. 4. nem. Deliberatio continet in se fussionē,
in pert & dissuasionem, tempus verò futurum.
Di in- Finis, quem sibi proponit orator in suadē
uent. 1 do est dignitas, mouetque deliberantē ad
Arist. spem maximē in dissuadendo contra in-
x thet. dignitatē spectat, & in reformatiōnē
c. 3. **Cic** pertrahit: Iudicium, in quo præteritū tem-
de ora- pus maximē valet, habet in se accusationē
bus. 2. & defensionem: eius finis iustorum, & in-
In pert iustorū quæstione continetur, & ad saeu-
De in- tiam, aut clementiam iudex est incitādus.
uent. 1

De in- **Quomodo hypothesis ad t̄hesin reuocanda sit.**
uent. 1

Quint.
6.7.6.3.

CVM consultatio sit quasi pars causæ quædam, & controuersiæ, inest enim infinitum in definito, debet orator causâ ad infiniti generis quæstionem transferre. Quod ut exemplo pateat, finita est. An Aristotelis philosophia sit perdiscenda; eius quasi pars quædam est illa infinita, An philosophia sit perdiscenda, ad quā orator finitam transferret. Sunt enim ornatissimæ orationes ex, quæ latissimè vagantur, & à priuata ac singulari contouersia, se ad vniuersi generis vim explicādam conferunt & conuertunt, vt iij, qui audiunt, natura & genere, & vniuersitate cognita de singulis rebus statuere possint. Quod ut facere possit orator excellens, à proprijs personis, & temporibus semper, si potest, auocat contouersiam, & ad vniuersi generis orationem traducit. Sic Cicer. cùm de Archiæ poetæ facultate, summaque doctrina dicere instituisset, de humanioribus literis & poeticæ laudibus, quæ vniuersi generis oratio est, ornatissimè disputauit.

In p.
 In T.
 Qui
 libr.
 cap.
 Cic.
 orat.

C A P . II.

De ora-
tor. 2.

QVINQUE sunt partes, & quasi membra eloquentiae: inuentio: dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio. Oportet enim primum inuenire quid dicas, inuenta disponere, deinde ornare verbis; post memoriae mandare, tum ad extremum agere.

De in-
uent. 2.

Inuentio est excogitatio rerum verarum, aut verisimiliū, quae quaestionem probabilē reddant. Dispositio est rerum inuentarum in ordinē distributio. Elocutio est idoneorum verborum, & sententiarum ad inventionem accommodatio. Memoria est firma orationis perceptio. Pronuntiatio est ex rerum, & verborum dignitate corporis

Quint.
sp. 3.

& vocis moderatio. Nec audiendi quidā, qui iudicium sextam esse partē voluerunt, adeo enim tribus primis partibus est permistū (nam nec inuentio sine eo, nec dispositio, neque elocutio fucrit) ut pronuntiatio quoque, vel plurimum ab eo mutuetur. Nec inuenisse credēdus est, qui non iudicauit

cauit. Quod similiter in alijs partibus, quibus iudicium permistum est, existimare debemus. Hinc apparet quām praeclaras res, quām etiā difficultas eloquētia sit, quæ ex quinq; rebus constat, quarū unaquæq; est ars ipsa magna per se se. Quare quinq; artiū cōcnrsus maximarū, quantam vim, quantāq; difficultatē habeat existimare potest. Sunt igitur quinq; Rhetoricæ partes omnino. At iuuenire, disponere, eloqui, memòria complecti, pronunciare ope. *Quint.*
libr. 3.

cap. 3.

Quibus eloquentia comparetur, ac pri-
mum de Natura:

C A P V I I I .

De in-

E Loquentia, quæ quinque supradictis constat partibus, natura, arte, & exercitatione comparatur. Imitationem enim vel arti, vel exercitationi subijcere possis. De quibus singulis, quoniā maximi sunt momenti & ponderis, aliquid dicēdū est. Natura igitur primū, atq; ingenij ad di-

*uēt. lib.**i. Ad**Heren.**libr. i.**Quint.**li. 3. c. 5**De ort.*

cedū vim affert maximam. Nā & animi
 & ingenij, celeresquidā motus esse debet,
 qui ad excogitandū acuti, & ad explican-
 dum, ornandumque sint vberes, & ad me-
 moriam firmi, ac diuturni. Quæ accendi
 ac commoueiri arte possunt, inseri quidē,
 & donari ab arte non possunt omnia: sunt
 enim dona naturæ. Illa etiam naturæ sūt,
 quæ cum ipso homine nascuntur, linguae
 solutio, vocis sonus, latera, vires, confor-
 matio quædā, & figura totius oris & cor-
 poris. Quæ tamen ab arte limari possunt,
 & quæ bona sūt, fieri meliora possunt do-
 ctrina; & quæ non optima, aliquo modo
 acui & corrigi possunt. Neque homines
 adolescentes, si quid naturale fortè non
 habet, dicendi studium relinquant, mag-
 ni enim facere debent illam ipsam, quā-
 cumque habuerint, mediocritatem in di-
 cendo.

De Arte

C A P. IX.

C V M natura, quæ optima est, ars
 iungidebet, quæ à natura profecta
 est

De ora
 10r. 2.
 Quint.
 L. 2c. 10.

est. Notatio enim naturæ, atque ad nimad-
ueisio peperit artem. Habet igitur ars hāc
vim, non ut aliquid, cuius in ingenij no-
stris pars nulla sit, patiar, & procreat: ve-
rūm vt ea, quæ sunt orta iam in nobis &
procreata, educet, atq; confirmet. Quia de
causa studiosè colēda est, vt quæ viam &
rationem dicēdi doceat, & si enim magnis
ingenij prædicti quidam dicendi sine arte
copiam sunt consecuti, ars tamen certior
est dux, quam natura.

De exercitatione.

C A P. X.

IN præstanti natura, quam ars expoli-
uit, exercitatio absolutionem perfectio-
nemq; dicendi consummat. Cum enī ad De ora-
nataram eximiam & illustrem accesserit to. lib. 1.
ratio quædam confirmatio q; doctrinæ, tū libr. 2
illud nescio quid præclarū ac singulare so cap. 18
let existere. Quo circa interest per magni Cic. pr.
studium, & ardorem quendam amoris af. Archi-
sumere, sine quo cum nihil quicqnā gre- De ora-
gium, tor. I.

gium, tum certe eloquētiam nesciōnqā. assequetur. Ex hoc ardore nascitur diligētia, quæ ut in omnibus rebus, sic in dicēdi facultate plurimum valet. Hæc præcipue colenda est nobis: hæc semper adhibēda: hæc nihil est quod non assequatur. Quoniam de rhetorice definitione, dignitate, fine, officio, & materia dictum est; quòd q̄ sint eius partes explicauimus, & naturam, artē, ex̄citationem eloquentiæ consequēdæ necessarias ostendimus, sequitur, vt de singulis eius partibus disseramus.

De Inuentione.

C A P. XI.

In part **Q**uoniam igitur primū oratoris munus est inuenire, dabit operam vt inueniat, quēadmodū fidem faciat eis, quib⁹ volet persuadere, & quemadmodum motum eorum animis afferat. Fidem facit orator argumētis, mouet incitādo, aut ad voluptatem, aut ad molestiam aut ad metū, aut ad cupiditatem: tot enim sunt motus genera, partes plures generū singulorum,

rum. Cū enim omnis animi cōmotio ex opiniōne boni alicuius, aut mali nascatur, lētitia, & cupiditas ex opinione boni nascuntur: ægritudo & metus in malorū opinione versantur. Est igitur ægritudo siue molestia, opinio recēs præsentis mali in quo demitti cōtrahiq; animo rectū esse videatur. Voluptas, opinio recēs boni præsētis in qāo effetti rectū videatur. Metus opinio impendentis mali, quod intolerabile videatur. Cupiditas, opinio venturi boni, quod sit ex vīsu iam præsēs esse, atq; adesse. Opinio autē quæ in omnes superiores definitiones includitur, est imbecilla assēfio. In proposito fidē solum facit orator in causa verò fidē, & motum, de quo mox dicemus.

Quid innūctio, quid argumēto, & argumētatio

C A P. XII.

I Nuentio est ex cogitatio argumēti. Ar gumentum est probabile inuentum ad faciendam fidem: vel aliter, est ratio rei dubiæ

In part. dubiæ faciens fidem: Fides verò est firma opinio, ut si velis fidem facere, eloquentiam esse expectandam, excogitesque illud argumentum, nimirum esse artem bene dicendi possis hoc modo argumentationem concludere. Ars bene dicendi est expectanda, ea

In part. est eloquentia, est igitur eloquentia expectanda. Est autem argumentatio argumenti explicatio, qua dialectici pressius, & reli-

Topic. giosius, oratores ornatius & liberius vsi-
De ora tur. Locus autem est sedes argumenti. Aris-

coteles enim proposuit quosdam locos, ex quibus omnis argumentatio ad omnem disputationem inueniretur. Qui nihil aliud esse videntur, quam notæ quædam, quibus admonemur, quid in ipsis peruestigare debeamus.

Quotuplicia sunt argumenta-

C A P. XIII.

In part. **A**rgumenta partim in eo ipso, de quo agitur haerent, quo circa insita dicuntur, partim extrinsecus assumuntur quæ remota

remota vocantur: quoniā absunt, longeq;
ab eo, de quo agitur, disiuncta sunt, vt si
dicas eloquentiam esse experēdam, quōd
bene dicendi sit ars, ratio est insita, in eo de
quo agitur, eloquentia enim est ars bene
dicendi. Sin experēdam dicas, quōd Aris
toteli, vel Ciceroni, vel Platoni ita visum
sit, ratio erit remota, autoritas enim illorū
virorum non est in ipsa eloquentia, quæ
suapte natura esset experēda sine illorum
commendatione.

De numero locorum.

C A P. XIII.

In Top
In Part **L**oci, vnde argumenta insīca eruuntur,
numero sunt sedecim: alia enim du-
cūtur à definitione, alia a partiū enumera-
tione, alia à notatione, alia cōiugata appellā-
tur, alia ex genere, alia ex forma, alia ex
similitudine, alia ex differentia, alia ex con-
trario, alia ex adiunctis, alia ex antecedē-
tibus, alia ex consequētibus, alia ex repug-
nantibus, alia ex causis, alia ex effectis, a-
lia ex cōparatiōe maiorum, aut parium,

aut

aut minorum. Argumenta extrinsecus assumpta Quintiliano sunt sex: præiudicia, fama, tormenta, tabulæ; ius iurādū, testes.

Lib. 5. capit. I.

De definitione.

C A P. XV.

In Top. Quint. libr. 5. cap. 10. **D**efinitio est oratio, quæ id quod definiatur, explicat, quid sit: ut, Virtus est recta animi affectio, Rhetorica est doctrina dicendi. Definitionum multa sunt, & genera, & præcepta, sed ad huius libri institutum ea nihil pertinent: tantum est dicendū, quis sit definitionis modus. Sic igitur veteres præcipiūt. Cum sumperis ea, quæ sunt ei rei, quam definire velis, cum alijs cōmunia, eo usque persequi, dū proprium efficiatur, quod nullam in aliam rē trāsferti possit, ut hoc, Rhetorica est ars: commune adhuc, multa enim genera sūt artium; ut gramatica, dialectica: vnum adde verbum, Dicendi; iam à cōmunitate res disiuncta videbitur, ut sit explicata definitio, Rhetorica est ars dicendi. Hæc facul-

facultas definiendi debet esse in eloquente; *In ora-*
 vt definire rem possit. Est enim explicada
 s̄epe verbis mens nostra ēē quaq; re, atq;
 inuolutæ rei notitia definiendo aperienda
 est. Definitio enim quasi inuolum euolu-
 uit id, de quo quæritur, sed id, non faciet
 tām pressē & angustē , quām in illis eru-
 ditissimis disputationibus fieri solet : sed
 cum explanatius, tum etiam vberius ; &
 ad cōmune iudicium, popularemq; intel-
 ligentiam accōmodatius. Sic Cicero, quid
 sunt optimates definit, cum ait : Sed genus ^{Prose}
 vniuersum (vt tollatur error) breui cir- ^{stio.}
 cunscribi & definiri potest. Omnes opti-
 mates sunt, qui neque nocentes, nec natu-
 ra improhi, nec furiosi, nec malis domesti-
 cis impediti. Argumenti à definitione ra-
 lis est formula. Ius ciuile est æquitas con-
 stituta ijs, qui eiusdem sunt ciuitatis, ad
 res suas obtinendas; eius autem æquitatis
 vtilis est cognitio, vtilis est ergo iuris ciu-
 lis cognitio. S̄epe etiam definiunt & ora-
 tores, & poetæ per translationem verbi ex
 similitudine cum quadam suauitate, quos

licet imitari si adolescentiam, florem ætatis, senectutem, occasum vitæ, velis desinere.

De partium distributione.

. C A P. XVI.

ARgumento à partium distributione
In Top Quin. sic est videntur, nullam ut partem
libr. 5 cap. 10 In Of sic. 1. relinquamus. Ut si velis probare calli-
 ditatem non esse virtutem, à virtutis par-
 tibus, quæ quatuor sunt. Prudentia, Iusti-
 tia, Fortitudo, Temperantia, sic probare
 possis. Omne quod honestum est, id qua-
 tuor partium oritur ex aliqua, aut enim
 in perspicietia veri, solertiaque versatur:
 aut in hominum societate tuenda, tribuē-
 doque suum uniuicique, & rerum contra-
 starum fide: aut in animi excelsi, inui-
 etique magnitudine, ac robore: aut in
 omnium, quæ sunt, quæque dicuntur, or-
 dine & modo, in quo inest modestia, &
 temperantia, calliditas ex nulla illarum
 partium oritur, non est igitur virtus.

De

De notatione.

C A P. XVII.

In Top

ETymologia, quæ verborum originē ^{Quint} inquirit, à Cicerone dicta est Nota- libr. i.
tio. Ea s̄pè vtuntur Oratores, & Poetæ, cap. 10,
Ouidius.

Est via sublimis cælo manifesta sereno; ^{Met. 12.}
Lactea nomē habet cādore notabilis ipso. ^{lib. 1.}

Et alibi.

Fau. 3.

A senibus nomen mite senatus habet. Et lib. 5.
Nam quis a ver aperit taciturnit, dēsaq̄ cedat ^{& q.}
Frigoris asperitas, fatiḡ, terra patet,
Aprilem memorant ab aperto tempore dictū.

A notatione sumitur argumentum, cum ex vi nominis elicatur, hoc modo: Si consul est, qui consulit patriæ, non igitur Pisso consul, qui eam euertit.

De coniugatis.

C A P. XVIII.

CONIUGATA dicuntur, quæ sunt ex ver- ^{In Top}
bis generis eiusdem. Eiusdem autem ^{Quint.}
generis verba sunt, quæ orta ab innovatiō- ^{lib. 5.}
bus

commutantur, ut sapiens, sapienter, sapientia. Ex hac verborum coniugatione huiuscemodi argumento usus est Ovidius.

*Aurea nūc verē sūt secula, plurimus auro
Venit honor.*

Et Iugenalis.

Sat. 8. *Sūmū crede nefas animū preferre pudoris,*
Et propter vitam viuendi perdere causas.

In Pi. *Cicero etiam. Cū enim esset omnis causa*
sonem illa mea consularis & senatoria, auxilio mihi opus fuerat, & consulis, & senatus, est,
& illud elegans in primis, Homo sum humani nihil à me alienum puto. Cicero lib.
de Oratore secundo hoc ytitur exemplo.
Si pietati summa tribuenda laus est, debetis moueri, cum Q. Metellum tam piè lugere videatis.

De genere, & forma.

In top
de orat

C APP. XIX.

libr. 1. *G*enus est quod duas, aut plures partes
Quinti sui ipsius cōmunione similes amplectitur. Partes, quas genus amplectitur fortius. Et ita.

magis dicuntur, ut. Virtus est genus, plures
enim formas, quatuor scilicet complecti-
tur, Prudētiā, Iustitiam, fortitudinem,
& temperantiam, quae sunt similes virtu-
tis communione: ut prudētia enim, sic iu-
stitia, sic fortitudo, sic temperantia virtus
est. Hinc perspicuum sit, quid sit forma, est
enim pars generi subiecta. Argumentum
ā genere sic tractatur. Virtutis laus om- De or.
nis in actione consistit, prudentiæ igitur 1.
laus omnis in actione consistit. Ex ferma Quin
autem, Quod iustitia est, utique virtus est. ti. lib.

De similitudine, & dissimilitudine. s.c. 10

C A P . X X .

SImilitudo est, quæ traducit ad rem quā
piam aliquid ex re dispari simile: ex ea In Tom.
sumitur argumentum hoc modo. Cicero.
Sed nimis ut quidam morbo, & sensus
stupore suavitatem cibi non sentiunt, sic
lebidinosi, auari, facinorosi, veræ laudis gu-
stum non habent. Ouidius.

Trist. Scilicet ut fulvo spectatur in ignibus aurum,
l. 1. 4. 4. Tempore sic duro, est inspicienda fides.
Ex dissimilitudine siue difference, ducitur
hoc modo argumentum.

2. de Orat. Phil. 3. Si barbarorum est in diem vivere, nostra
 cōsilia sempiternum tempus spectare de-
 bent. Eodem pertinet illud eiusdem Cic.
 dies enim afficit, & hora potius, nisi prouis-
 sum est, magnas saepe clades: certus autē
 dies non ut sacrificij, sic consilij expectari
 solerit. Quasi diceret: dissimilia sunt sacri-
 ficium, & consilium: non igitur sicuti sa-
 crificij sic certi, & stati dies debentur
 consilij.

De contrarijs.

C A P. XXI.

Arist. **C**ontrariorum genera sunt quatuor,
 aduersa, privantia, quae inter se con-
 in ea. feruntur, & contradicentia. Aduersa sunt,
 de op. quae in eodem genere plurimum differunt,
 pos. ut virtus, vitium, quae cum animi habitus
 Cicer. sunt, plurimum tamen inter se differunt:
 in Tempore & bello, pax, sapientia, stultitia, ex quibus
 argumenti

argumēta talia existūt. Sistultiā fugimus
sapientiam sequamur, & bonitatem, si
malitiā. Hinc illud Drancis apud Virgiliū.

Nulla salus bello, pacē te poscimus omnes. Aen.
Perinde enim est, atq; hoc Bellū est nobis lib. 11.
pernicio sū, pax igitur expetenda est. Ci-
cero. Quid cum fatentur satis magnā vim
esse in viis admiseram vitam, nonne fa-
tendum est, eandem vim in virtute esse ad
beatam vitam? Contraria enim cōtrario-
rum sunt consequentia. Priuanta sūt ha-
bitus, & tuis priuatio, ut lux tenebræ, vi-
ta mors, scientia inscitia, humanitas inhu-
manitas: præpositio enim, in priuat verbū
ca vi, quam habent, si, in, præpositū non
fuerit. Ex his dictum est illud Cicer. in
Miloniam. Eius igitur mortis fæderis vltō pro-
res, cuius vitam si putetis per vos resti- MIL.
tui posse, nolitis? Tertio loco sūt ea quæ
inter se conseruntur, ut duplum simplum,
dārū acceptū, miles & imperator, docere
& discere. Ex hoc loco est illud Cic. ex quo Pro-
profecto intelligi debet, quarti in dīta Mavc
supradīs

beneficio sit laus, cum in accepto tanta sit gloria: & item hoc, Non igitur periculum est, ne quis putet, in magna arte, & honesta,

turpe esse docere alios id, quod ipsis fuerit honestissimum discere. Huc pertinet

Lib8. Virgilianum illud.

Arma rego genitrix nato.

Aen. V timo loco sunt negantia valde cōtraria

Iib. 8. aientibus: ut si hoc est, illud non est: ex quibus necesse est, alterum verum esse, alterū falso.

De adiunctis.

C A P. XXII.

A Diuncta sunt ea, quæ cum re sunt cōiuncta, vel locus, vt tempus, vt ea, quæ

InT. rem circumstant, vt vestitus & comitatus

Quin hominem circumstant, & apparatus, col-

lis. lib loquia, pedum crepitus, strepitus homi-

s. c. 10 num, rubor, pallor, cætera que, quæ suspi-

cione possunt mouere. Latissimè itaque

patet adiuncta, nam & quæ in hominis sūt

siue animo, siue corpore, vt virtus, vt vitia,

vt oris, vel pulchritudo, vel deformitas,

aliaque

aliamque innumera comprehendunt. Ab his sumit argumentum Cicero pro Milo. ^{pro} ^{Mil.} ne, cum ait, Videamus nunc id, quod caput est, locus ad insidias ille ipse, ubi congressi sunt, utri tandem fuerit aptior, & multa deinceps: & paulo post, Videtur nūc illum egredientem primum egredientem ē villa subito, cur vesperi? quid necesse est ^{Cicer} tardē? qui conuenit, præsertim id tempo- ^{pro} ris? & pro Cornelio. Hunc quisquam in- ^{Corn} credibili quadam atque in auditā grauita ^{Bald.} te, virtute, constātia, præditum fœdera, alienum neglexisse, violasse, rupisse, dice- re audebit? loquitur autem de Pompeio.

De antecedentibus, & consequentibus.

C A P V T. XXIII.

Antecedentia sunt ea, quæ sic antece- ^{Arist.}
dunt consequētiā, ut cum ipsis neces- ^{Topic.}
sariō cohæreant, qua ratione ab adjunctis
distinguuntur. Coniuncta enim nunquam ^{cap. 2.}
necessariō cohærent cū his, quibus adiū-

Etā sunt. Argumenti ab antecedētibus ta-
Arist lis est formula, Ortus est sol, igitur dies
^{z. top.} est. Consequentia verò sunt, quæ rem ne-
^{exp. 2.}cessariō consequuntur: ab eis dicitur ar-
Cicer gumentum, cū ratio rei dubiæ faciens si-
^{in To} dem sumitur à consequentibus, hoc mo-
phil do, Dies est, igitur ortus est Sol. Ex hoc
^{7.} loco, est illud Ciceronis iā Antoniū, Lu-
culentā tamē ipse plagam accepit, vt de-
clarat cicatrix: probat enim, quoniam ci-
catrix magna esset, vulnus quoq; fuisset
magnum.

De repugnantibus.

C A P. XXIII.

REpugnanciā, neq; certa lege, neque
^{Intro.} numero inter se dessidēt: qua ratio-
^{pic.} ne à contrarijs, atque dissimilibus discer-
^{Quin} nūtur: exēpli gratia, amare, & odio habe-
^{sil. li.} re, contraria sunt: amare verò, & nocere,
^{c. 10.} & lādere, & conditijs infectari, repugna-
tia sūt. Argumēti à repugnatibus talis est
formula, Amat illū, igitur non infectatur
illū conditijs. Hoc te sius non erat aduer-

sarius Ciceronis, aut obtrectator, semper enim est alter, ab altero adiutus, & cōmunicando, & mouendo, & fauendo.

De causis.

C A P. XXV.

CAUSA est, quæ sua vi efficit id cuius est causa: ut **vulnus mortis, cruditas morbi, ignis ardoris.** Eius quatuor sūt genera, finis, efficiens, forma, materia. Finis est cuius gratia fit aliquid, vt domus finis est vius, belli pax, hominis beata vita. Ab eo dicit argumentū hoc modo. Cic. cōtra Epicureos. Hi non viderūt, ut ad cursum equum, ad arandum bouem, ad indagandū canem: sic hominem ad duas res, ut ait Aristoteles, intelligendum, & agendum esse natum, quasi mortalem Deum: cōtra quæ ut tardam aliquam, & languidam pecudem ad pastum, & procreandivoluptatem, hoc diuinum animal ortum esse voluerūt, quo nihil mihi videtur absurdius. Huius enim loci hæc vis est. Homo natu-

In 16
picor.

Cicc.

defat.

Quin
til. li.
s. cap.

10.

Arist.

lib. 2.

Phys.

cap. 3.

De fi-

nibus

2.

est

est ad intelligendum, & agendum, non igitur ad pastum & voluptatem est ortus. Efficiens causa est à qua aliquid est, ut Soldiem efficit, toto cœlo luce diffusa:

In li. Ab ea est illud Ciceronis contra senectudem se tis vituperatores. Caret epulis, aiūt, exire necit. Quisq; mensis, & frequentibus poculis: caret ergo violentia, cruditate, & in somnijs. Cuius loci vis in eo est, quod ubi causa deest, effecta, quae ex illa oriuntur, nullo esse modo possint. Et Nisus, ut Euryalum seruet, sc autorem cædis proficitur.

*Meme ad sum, qui feci in me cōuertere ferrum
O Rutuli mea fraus omnis, nihil iste, nec au-*

Aen.

Nec potuit.

lib. 9.

Forma est ratio rei & nota, per quam res

Ari.

est id, quod est, & à rebus alijs distingui-

z. phi

tur, ut Animus est hominis forma, hic e-

sic. c.

nim causa est, ut homo sit, cumq; à rebus

3.

alijs distinguit. Sic domus, sic nauis, sic ignis, sic terræ, cæterarumq; rerum sua for-

ma est, vel artificiosa, vel naturalis. Ab ea

ducitur argumentum hoc modo. Animi

hominum immortales sunt, homines igi-

tur

etur ad æternitatem, immortalitatemque
Beatae vitæ aspirare debent. Materia est,
ex qua, & in qua res sunt, ut statuæ æs, ar-
gentum pateræ, corpus hominis. Ex ma-
teria sic sumitur argumentū, Corpus ho-
minis mortale est, ab eius igitur societa-
te, & contagione immortalis animus se-
uocandus est. Ex hoc loco, Regia solis, a-
pud Ouidiū, Arma Aeneæ apud Virgiliū,
multa signa sublata à Verre, à Cic. descri-
buntur. Ex his causarum generibus tan-
quam ex fonte non modo in causis, sed in
omnibus vindi genere magna argumen-
torū suspetit copia. Licebit igitur diligē-
ter eo cognito non modo oratoribus, &
philosophis, quorum est proprius, sed his
toti cisis etiam, & poetis multa, & varia, &
copiosa, ex eo facile de promere.

De effectis.

C A P. XXVI

E ffecta sunt ea, quæ sunt orta de cau-
sis. Eorum ut causarum, quatuor sūt
genera

Cicer
de Na-
tura
Deor.
lib. 1.

Li. 1.
Meta
lib. 8.
Actio
7. in
Ver.

In Top
Quint
L. 5c. 18

genera, est enim suus effectus & finis, &
efficientis causæ, itemq; formæ, ac mate-
riæ. Quæ autem sint singulari causarum
effecta, cognitis causis intelligitur: ut enī
quod effectū est, quæ fuerit causa demol-
erat: sic causa effectum indicat. Nam si fi-
nis belli pax est, bellū cius pacis, quæ bel-
lo queritur, effectus est. Eodemq; modo
dies, solis effectus, & homo corporis ac
animi, quorum illud materia eius est, hic
forma. Ab effectu sumitur hoc modo ar-
gumentū, Ex virtute laus, at ex voluntate
nascitur infamia, sequenda est igitur
virtus, & voluptas refutanda. Eodem il-
lud pertinet: si ærarij copijs & ad belli ad
De or iumenta, & ad ornamenta pacis utimur,
lib. 2. vestigalibus seruiamus.

De comparatione-

C A V P X X . X V I I .

LOcus à comparatione simplex quidē
est; sed tripliciter tractatur; à compa-
ratione nimirū maiorum, vel minorū vel
pa-

parium. A comparatione maiorum ducitur argumentum cū contendimus, vt id, In Top. quod in re maiori valet, valeat in minori.

Virgilius.

O passi graviera, dabit Deus his quoque finē. Aen.
 Ab hoc loco dicitur illud Cicer. Est ridetur lib. 3.
 culū, ad ea, quæ habemus, nihil dicere,
 quererē, quæ habere non possumus; & de
 hominū memoria tacere, literarū memo-
 riam flagitare, & cūm habeas amplissimā
 viri religionem, integrissimi municipij ius
 iurandū, fidemq; ea, quæ depravari nullo
 modo potuit, repudiare; tabulas, quas idē
 dīcis solere corrempi, desiderare, Perin-
 de enim est, atq; hoc certiora testimonia
 in causa habemus, non sūt igitur a nobis
 tabulae postulandæ. Idem pro eodem; sa-
 xī, & solitudines voce respondent, bestiæ
 saepe immanes canitu fluctuant, atq; consil-
 tūt, nos instituti rebus optimis nō poetarū
 vocem moueamur? A minoribus ad maio-
 ra dicitur argumentū, vt id, quod in mino-
 ri re valet, valeat in maiori. Cic. in eadem
 oratione. Ergo ille corporis motu (loqui-
 tūs)

tur autem de Roscio) tantū fibi amorem
conciliarat à nobis omnibus: nos animo-
rū incredibiles motus celeritatemq; inge-
niorū negligemus: idem enim est, ac si di-
ceret: omnes Rosciū Comædū, cuius le-
uius erat artificium magni faciebat, nos
Archiam summum poetam negligemus?
Idem in Anton. L. Brutus regem super-
bum non tulit: D. Brutus scelerarū, atq;
impium regnare patietur Antoniū? Oui-
dius.

Vt corpus redimas ferrum patieris.
Arida nec sitiens ora lauabis aqua,
Vt valeas animo, quicquā tolerare negabis?
At premium pars hac corpore maius habet.

Et Horatius.

Vt ingulēt homines, surgūt de nocte latrones
Vt te ipsum serues, non expurgisceris.
Parium autem comparatio nec elationē
habet, nec submissionē, est enim æqualis.
Multā autem sunt, quæ æ qualitate ipsa
compatantur, quæ ita ferè concluduntur
Si consilio iuuare ciues & auxilio æqua
in laude ponendū est, pari gloria debet
esse

esse iij, qui consulunt, & ij, qui defendunt. *Aetio.*
 At quod p̄simū & quod lequitur, igitur. ^{3.}
 Huc pertinet illud eiusdē Cic. in Verrem.
 Si finem edicto prætoris afferunt cal. Ian.
 cur non initium quoque edicti nascitur a
 cal. Ian. & in alia oratione. Cur eadem
 resp. quæ me in amicos inflammare po-
 tuit, inimicis placare non possit. *Hoc si*

De argumentis remotis.

C A P . XXVIII.

Argumēta, siue remota, siue assump-
 ta non eo dicūtūt sine arte, quod ita *In par-*
 sunt, sed quod ea non patit oratoris ars, *In top-*
 sed foris ad se delata tamen arte tractat. *Quin*
 Ea Cicero in Topicis testimonij nomine *tit. lib.*
 cōpleteatur. Testimoniuū enim eo loco di- *s.c. 1.*
 cit omne id, quod ab aliqua re externa su *In Top*
 mitut ad faciendam fidem. Sed ad intelli- *Libs.*
 gendū erit facilius si cum Quintiliano in *a cap.*
 præjudicia, rumorem, famam, tormenta, *i. usf-*
 tabulas, iūsiurandum, & testes eadiuidā- *quead*
 mūs. Quæ vt ita per se carent arte, ita *7-*
en die

summis eloquentiae viribus & alluvanda
sunt plerumque, & refeleda. Quare ge-
nus harum rerum, quae ad oratorem de-
rebatur meditatum in perpetuum ad usum
similium rerum, veteres oratores, habebat.
Nunc translati ab oratoribus ad iuris co-
sultos iudicijs, ut veterum oratorum scrip-
ta intelligamus, cognoscenda sunt.

De praetudicijs, & testibus.

C A P X X I X.

Inpar. **C** Aeteris quatuor omissis, quae facile
Quin intelliguntur, de praetudicijs, & testi-
til.lib. bus dicamus. Praetudiciorum vis omnis
5.ca.2. tribus in generibus versatur. Rebus, quae
& 7. aliquando ex paribus causis sunt iudica-
tæ, quae exempla rectius dicuntur. Iudicijs
ad ipsam causam pertinentibus, unde etiam
Cicer. nomen ductum est, qualia in Milonem a se-
pro natu facta dicuntur. Aut cum de eadem cau-
Mil. sa est pronunciatum. Veteres oratores, &
pro testibus & contra testes magno labo-
re dicabant, ut è pluribus Ciceronis oratio-
nibus

inibus, maximeq; oratione pro Falco apparet. Nunc iudiciorū mutata ratio facit, ne is labor sit necessarius, & vt de rumore, fama tormentis, & iure iurando plurib; agendum non sit.

De usu, & utilitate locorum.

C A P. XXX.

Hos locos multa cōmentatione, atq; *De orā*
meditatione paratos, atq; expeditos *tor. 2.*
~~qui~~ dicendo excellēs esse, habere *In Top.*
debet. Atque ut quæq; res ad dicēdū erit *Quin-*
suscepta, tum deniq; scrutari locos, ex qui *libr. 5.*
bus argumenta eruat. Quæ quidē ei, qui *cap. 1.*
mediocriter ea modō considerarit studio
adhibito, & vsu, per tractata esse possunt.
Est enim vtilissimū nosse regiones intra
quas venere, & peruestiges, quod quæras.
Vbi eum locū omnem cogitatione sepse-
ris, si modo usum terū percallueris, nihil
te effugiet, atq; omne, quod erit in re oc-
curret, atq; incidet. Ut enim, si aurum, cui
quod esset multifariā defossū cōmōstrare

aliquis vellet, satis esse deberet, si signa & notas ostenderet locorum, quibus cognitis ille ipse sibi foderet, & id, quod vellet, parvo labore, nullo errore inueniret: sic has argumentaturum notas indicare satis est, quæ illa quærenti demonstrat ubi sint. Reliqua cura, & cogitatione eruantur.

Qui modus in argumentis adhibendus.

C A P V T. XXXI.

*In ora
In par* **N**ec verò imprudenter quisquam vtentur hac copia, sed omnia expédet & feliger. Non enim semper, nec in omnibus causis, ex ijsdem argumentorū momenta sunt. Iudicium ergo adhibebit, nec inueniet solum quid dicat, sed etiam expédet. Nihil enim feracius ingenij, his præser-tim, quæ disciplinis exculta sunt: sed ut se getes fœcundæ, & vberes, non solum fruges, verum herbas etiam infundūt inimi-cissimas frugibus, sic interdum ex illis lo-cis, aut leuia quædam, aut causis aliena, aut

aut non utilia gignuntur. Quorum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur. Illud autem intelligendum est ex his locis, & ad faciendam fidem, & ad afferrandum motum auditorum animis materialiam peti. Sed quia difficile est, etiam si locorum naturam cognoveris, ex illis ea, quae ad mouēdos animos valent, crux, de affectibus mouēdis separatim dicamus illud iterū monentes, nihil planè esse siue ad docendū, siue admouēdum accommodarum, quod ex his supradictis fontibus non erat.

De affectibus.

C A P. XXXII

Maxima vis existit oratoris in homi in ornamentibus permouēdis, quod Quintus amplificatione sit. Est enim amplificatio lib. grauior quam dā argumentatio, quae c. 3. motu naimōrū conciliat in dicendo fidē. In partea & verborum genere conficitur, & rerum. Quae verba in amplificatione ponē-

da sint, tunc dicemus, cum ad elocutionis
præcepta venerimus. Rerum amplificatio
sumitur ex eisdem locis omnibus, quibus
illa, quæ dicta sunt ad fidem: maximeque
definitiones valent congregatae, & conse-
quentium frequentatio, & contrariarum
& dissimilium, & inter se pugnantium re-
sū conflictio, & causæ, & ea, quæ sunt or-
ta de causis, maximeque similitudines, &
exempla: sicut etiā personæ, muta deniq;
loquantur.

*De amplificatione à definitionibus
conglobatis.*

C A P. XXXIII.

*De ora
tor. 2.*

A Definitionibus cōglobatis est illa Ci-
ceronis amplificatio. Historia verò
testis temporum, lux veritatis, vita memo-
riæ, magistra vitæ, nuntia vetustatis, qua
voce alia nisi oratoris immortalitati com-
mendatur. Est & illud ex eodem loco in
primis illustre exemplū eiusdem pro Ses-
tio. Ignari quid grauitas, quid integritas
quid,

Quid magnitudo animi, quid denique virtus valeret, quæ in tempestate sua quieta est, & lucet in tenebris, & pulsa loco manet tamen, atque haeret in patria, splendetque per se semper, nec alienis unquam sordibus obsolefecit. Vbi sunt quinque quasi definitiones, tum historiæ, tum virtutis conglobatae: raro enim adhibetur ab oratore definitio ad amplificandum, quæ generere declaretur, & proprietate.

De amplificatione à consequentium frequentatione.

C A P. XXXIII.

A Consequentium frequentatione est illa in Verem amplificatio, Constitue nihil opis esse in hac voce, Ciuis Romanus sum, iam omnes prouincias, iam omnia regna, iam omnes liberas ciuitates, iam omnem orbem terrarum, qui semper nostris hominibus maximè patuit, Ciubus Romanis ista defensione præcluseris.

*De amplificatione à contrariarum rerum
conflictione.*

C A P. XXXV.

ARERUM CONTRARIARUM conflictione est illa amplificatio Ciceronis in *Anto-*
Phil. nium: Tam autem eras excors, ut tota in
oratione tecum ipse pugnares, ut nō mo-
do non cohæretia inter se dices, sed ma-
xime disiuncta, atque contraria: ut non tā
ta mecum, quanta tecum tibi esset contē-
tio. Vitricum tuum in tanto fuisse scelere
fatebare, pœna affectum querendare. Ita
quod propriū meū est, laudasti: quod to-
tius senatus est, reprehendisti: Nam cum
comprehensio fontiū mea, animaduersio
senatus fuerit homo disertus non intelli-
git eū, quem contradicit, laudari à se, eos,
apud quos dicit, vituperari. Et in eisdem
orationibus. Ospectaculū illud nō modō
hominibus, sed vndis ipsis, & littoribns lu-
ctuosum, cedere patria seruatorem ejus?
manere in patria prodirores? Et in Catili-
nā. Hoc verò quis ferre possit: incertes ho-
mines

mines fortissimis insidiari, stultissimos
prudentissimos, ebriosos sobrijs, dormien-
tes vigilatibus? Ex hoc loco etiam est illud
eiusdem in Pisonem & Gabinum. Qui la-
In Pi-
trones igitur, siquidem vos Cōsules? qui sonem
prædones, qui hostes, qui proditores, qui
tyranni nominabuntur? Magnum nomē
est, magna species, magnadignitas, magna
maiestas Consulēs, non capiunt angustiæ
pectoris tui: nō recipit leuitas ista: nō ege-
stas animi: non infirmitas ingenij sustinet:
non insolentia rerum secundarum ten-
tā campū perioram tam grauem, tam seueram
*De amplificatione à dissimilium, & inter se
pugnantium rerum conflictione.*

C A P. XXXVI.

A Dissimilium, & inter se pugnantium
rerum conflictione sumpta est elegā Pro.
ter amplificatio Ciceronis. Qua in remi- Ros.
hi ridicule es visus esse inconstans, qui Com.
eundem & læderes, & laudares, & virum

optimum & hominem improbissimū es-
se diceret: eundem tu, & honoris causa ap-
pellabas, & virū primarium esse dicebas,
& socium fraudasse arguebas.

*De amplificatione à causis conglobatis, &
bis, quæ sunt orta de causis.*

C A P. XXXVII.

CAUSÆ ETIAM, & EA QUÆ SUNT DE CAU-
SIS ORTA, MULTUM VALENT AD AMPLIFICA-
DŪ, SI CONGLOBĒTUR: CICERO MULTAS,
In ora pro Se & filio. & VARIAS CAUSAS PROPTER QUAS MULTI ESSĒT
AB EO ALIENIORES, IUXIT HOC MODO. CŪ ALIJ
ME SUSPICIONE PERICULI SUI NŌ DEFENDERĒT,
ALIJ VETERE ODIS BONORŪ INCITARENTUR, ALIJ
INUIDERENT, ALIJ OBSTARE SIBI ME ARBITRATĒ-
TUR, ALIJ VINCISCI DOLOREM SUŪ ALIQUEM VEL-
LĒT, ALIJ REM IPSAM PUBLICAM, ATQUE HUNC
BONORŪ STATUM OCIMUMQUE ODISSENT, & OB-
HASCE CAUSAS TOT, TAMQ; VARIAS, ME VNŪ DE-
POSFERENT. ORTA VERÒ DE CAUSIS AD AMPLIFI-
CĀDUM ADHIBUIT CONTRA M. ANTONIŪ, DO-
LETIS

Iletis tres exercitus P. R. imperfectos, interfecit Antonius : Desideratis clarissimos
Phil.
z.
 cines, eos quoque vobis eripuit Antonius : Autoritas huius ordini safficta est, affixit Antonius : Omnia denique quæ postea vidimus mala (quid autem mali non vidimus ?) si recte ratiocinabimur, voi accepta referemus Antonio. Ex hoc loco Mezentij immanem crudelitatem auget Euander apud Virgilium.

Lib.

(rāni 12.)

Quid memorē infādas cœdes? quid facta ty
 Effera: Dīj capiti ipsius, generi ḡ reseruēt.
 Mortua quin etiā iungebat corpora viuis,
 Cōponēs manibus ḡ manus, ar̄ḡ oribus ora,
 Tormenti genus, & sanie taboque fluētes
 Cōplexa in misero, lōga sic morte necabat.

De amplificatione à similitudine atḡ
 exemplo

C A P. XXXVIII.

Cicero Verris avaritiam, quæ multo sū
 bona deuorauerat, exemplis exagge-
inver.
Alt. 7.
 rauit his verbis. Non enim Charybdim tā
 infe-

infestam, neque Scyllam nautis, quām istum in eodem freto fuisse arbitror. Virgilius etiam ex hoc loco pulchritudinem Aeneae pulcherrimis carmisibus amplificauit.

Aen. I.

*Restitit Aeneas, claraque in luce resulfit,
Os, humerosq; deo similis: namq; ipsa decorā
Cæsariem nato genitrix, lumēque iuuentæ
Purpureū, & letos oculis adstarat honores:
Quale manus addūt ebori decus, aut ubi flā
Argētū pariusue lapis circū datur auro. (uo
Idē mirificē expressit vim, qua Aeneas in
Turnum hastam coniecit.*

Aeni.

*Cantancī telum Aeneas fatale coruscat,
Sortitus fortunam oculis, & corpore toto
Eminus intorquet: murali concita nūquā
Tormēto sic saxa fremūt, nec fulmine tāti
Disultat crepitus: volat atri turbinis in-
Exitium dirum hasta ferens. (star,*

pro.
Mil.
Oratio

*Ab exēplis verò est illa Ciceronis ampli-
ficatio pro Milone, quam obrem vtere: or
eadē cōfessione Titus Annius, qua Hala,
qua Nasica, qua Optimus, qua Marius,
qua nosmet p̄si. Et in Catilinam, An vero*

vir

vir amplissimus. P. Scipio Pontifex Maximus Tiberium Gracchū mediocriter labefactantem statum Reip. priuatus interfecit: Catilinā verò orbē terræ cæde atq; incēdijs vastare cupientem nos Consules preferemus? nam illa nimis antiqua prætereo, quod Q. Servilius hala Sp. Melium nouis rebus studentem manu sua occidit.

De fictis personis, & mutis rebus.

C A P. XXXIX.

Cicerō in oratione pro Cœlio Appio Cœco vita olim functo sermonē attri
buit. Illa etiā oratio ad permouēdos ani-
mos magnam vim habet, cum mutis per-
sonis sermonē damus, ut Cicero fecit cō-
tra Catilinam. Etenim si necū patria, quæ
mibi vita mea multo est charior si cūcta,
Italia, sic omnis Respub. loqueretur. Mar-
Tulli quid agis? & ea quæ sequuntur. Eā-
dem etiam in eadem oratione cū Catili-
na loquentem facit eleganti oratione, cu-
jus initium est. Nullum iam tot annos fa-
cinus

cinus extitit, nisi per te: nullum flagitium
sine te. Fecit & Lucanus eandem cū Iu-
lio Cæsare loquētem, priusquam ille Ru-
biconem fluum, qui ditimit Galliam
ab Italia, transiret.

*Luca.
lib. I.* *Vt ventum est parni Rubiconis ad undas
Ingens visa duci patriæ trepidatis imago,
Clara per obscurā vulnū mestissima nocte:
Turrigerō canos effundens vertice crines
Cæsarie lacera, nudisq; astare lacertis, (tra
Et gemitu permixta loqui. Quò tēditis ul
Quò fertis mea signaviri? si iumentum
Sic ines: huc usque licet.*

Quae sint ad amplificandum adhibēda.

*In par
tit.*

C A P. XXXX.

*S*I causa partitur, ea sunt ad amplifican-
dum adhibenda, quæ magna habētur:
quorū est duplex genus. Alia enim mag-
na natura vidētur, alia vſu. Naturā vt cœ-
lestia, vt diuina, vt ea, quorum obscuræ
causæ, vt in terris, mundoq; admirabilia,
quæ sunt: ex quibus similibusq;, si atten-
das

das, ad agendum multa suppetūt. Vſu ha-
bentur magna, quæ videntur hominibus,
aut prodeſſe, aut obesse vechemētius: quo-
rum ſunt genera ad amplificandum tria.
Nam aut charitate mouētur homines, vt,
Dei, vt patriæ, vt parentum: aut amore, vt
fratrum, vt coniugum, vt liberorū, vt fa-
miliarium: aut honestate, vt virtutū, maxi-
meq; earum, quæ ad cōmanionem homi-
nū & liberalitatē valent. Ex his & cohor-
tationes ſumuntur ad ea retinenda, & in
eos à quibus ea violata ſunt, odia incitan-
tur, & inimicatio naſcitur, proprius locus
augēdi in his rebus, aut amissis, aut amit-
tēdi periculo. Quanuis etim neq; ad pro-
bādū, neq; ad amplificādū adhiberi quic-
quam potest, quod ex locis petitū nō ſit,
tamen ea ipſa, quæ perutur ē locis ad am-
plificandum magna eſſe debent. Sic fecit
Cicero in Catilinā cū ait. Qua propter de-
ſūma ſalute veftra & populi Romani P.C. In cat
de veftris cōiugibus ac liberis, de aris, ac Ora. 4
focis, de fanis, ac tēplis, de totius vrbis te-
atis, ac ſedibus, de imperio, de libertate, de
ſalute

salute Italiæ, de que vniuersa Rep. decerni-
te diligenter, vt instituistis ac fortiter. Ple-
raque omnia sumpta sunt è loco ab adiū-
tis, sed sunt usu magna. Virgilius etiam
cum Iulij Cæsaris deplorat mortem à re-
bus oatura magnis, quas ad locos supra-
dictos referre tamen possis, amplificatio-
nem duxit.

Geor.
x.

*Ille etiā extincio miseratus Cæsare Romæ,
Cum caput obscura nitidū ferrugine texit
Impiaque eternam timuerunt secula nocte.*

Quam usque ad libri finem
prosequitur.

Quid in amplificatione seruādum.

C A P. XXXI.

In par-
tit. • **N**ihil in amplificatione nimis æuclean-
dum est. Minuta est enim omnis di-
ligentia, hic autem locus grādia requirit.
Illiud est iudicij, quo quaque in causa ge-
nere ut amur augendi: in illis enim causis,
quæ ad delectationem exornantur, iij loci
tractandi sunt, qui mouere possunt expe-
ctatio-

Stationem, admirationem, voluptatem. In cohortationibus autem honorū ac malorum enumerationes & exempla valēt plurimum. In iudicijs accusatori ferē quæ ad iracundiam, reo plerumque quæ admiserationem pertinent. Nonnunquam tamen accusator misericordiam mouere potest, & defensor iracundiam.

Cur quedam inuentionis præcepta ad causarum genera dentur accommodata: & de dignitate exornationis.

C A P. XXXXII.

ET si ex supradictis fontibus omnis ad omnem orationem manat iuentio, tamen veteres oratores de generibus causarū (ut discentium minuerent laborem) seorsū præcepta tradiderunt. De præceptis autem exornationis in primis dicendū De or. est. Nam & latum genus est saneque va- tium, ut quod ad laudandos claros viros,

& ad improbos vituperados suscipiatur:

Quin ad aliorū etiam vel animaliū vel carentiū
lib. 3. anima laudem vel vice operationē adhibe-
cap. 9 tur, ut Cicero laudes Pompeij in Oratio-
2. Act ne pro lege Manilia, Siciliæ in actionibus
4. in Vettrem, studiorū vero humanitatis in
 oratione pro Archia poeta exornauit. Ac
 cedit etiam ad eius commēdationē, quod
 nullum est genus orationis, quod aut vbe-
 rius ad dicēdū, aut utilius ciuitatibus es-
 se possit, aut in quo magis orator in cog-
 nitione virtutū vitiorūq; versetur. Cōfici-
 tur autē genushoc dictionis a-

Arist ius leniter tractandos, magis quā ad fidē
lib. 1. faciendā, aut cōfirmādū accōmodatē.

Rhet. Propriū. n. laudes est res amplificare &
cap. 6. ornare. Quā ob causam Aristoteles, & po-

Cicero & Quinianus idoneā ma-
Quin ximē inter omnia genera causarum existi-
lib. 3. mauerunt adscribendam exornationem.
cap. 9

Ex tēpore praterito quomodo laus ducatur:

LAUS hominū, cuius cogniti præcepita facile ad res alias trāsferētur, diuiditur in tempora, quodque ante eos fuit, quoq; ipsi vixerunt. In his autem qui vita functi sunt, etiam quod est in seculū. Ante hominē patris, ac parentes, maioresq; erunt, quo: um duplex tractatus est. aut enim respondisse nobilitati pulchrum erit, aut humilius genus nobilitas facis. Illa quoque interim ex eo, quod ante ipsum fuit tempore trahētur, quæ responsis, vel oraculis, vel signis futuram claritatē promiserint, ut in diuino Ioanne Baptista, multisque alijs viris sanctissimis.

De tempore quo vixit is, qui laudat.

C A P. XXXXIII.

IPSIUS laus homins ex animo, & corpore, & extra positis peti debet. Externa sunt, ut educatio, opes, diuitix, propinquū amici, potētia, gratia, cetera q; huiusmodi. Incorpore vero sū:hæc, forma, vites, valētudo, & his similiis. Qui hæc habuerit, laudabūtur.

Quin lib. 3.

cap. 9.

Bene-

dictus

Arces

inRhe

Quin lib. 3.

cap. 9.

Cicer. deor.

tur, quod bene illis sit usus: si non habuerit, quod sapienter caruerit: si amiserit, quod moderate tulerit. Et quamvis & corporis, & fortuita quae dicuntur, bona in se veram laudem non habeant, quae deberi virtuti yni putatur, tamen quod ipsa virtus in earum rerum usu ac moderatione maximè cernitur, tractanda etiam in laudationibus hæc sunt. In quibus est summa laus non extulisse se in potestate, non fuisse insolentem in pecunia, non se prætulisse alijs propter abundantiam fortunæ et opes, & copiæ, non superbiæ viae ac libidini, sed bonitati, ac moderationi facultatè ac materiam dedisse. Inter corporisverò bona, forma, quæ virtutem significat, facile laudatur, quod elegantissimè tit. Latinus poeta his verbis significauit.

In par *Aen 5* *Tutatur fauor Euryalū, lachrymæq; decoræ,
Gratior, & pulchrovenies incorpore virtus*

Quin Sed horum omnium leuior, at animi sem
til lib per vera est laus: quæ quoniam à virtute
3.c.7. proficiuntur, de illa nunc dicendum est.

*De animi bonis, & virtute, quæ
scientia cernitur.*

C A P. XXXXV.

Virtutis duplex est vis: aut enim scientia cernitur virtus, aut actione. Nam quæ prudētia, quæque grauissimo nomine sapientia appellatur, hæc sciētia pollet vna, quæ verò moderandis cupiditatibus regendisq; animi motibus laudatur: sicut est munus in agendo. Prudentia est rerum expetendarum, fugiendarumq; sciētia. Sapientia autem virtutum omnium princeps, est diuinarū humanarūq; rerum sciētia. Sunt autem aliæ quasi ministrae comitesque sapientiæ: quarum altera, quæ dialectica dicitur, quæ sint in disputando vera atque falsa distinguunt, & iudicant: altera est oratoria. Nihil enim est in aliud eloquentia, nisi copiose loquens sapientia, quæ ex eodem hausta genere, quo illa in disputando yberior est, atq; latior, & ad motus animorū, vulgique fœsus ac-

cōmodatio. Studia etiā omnium bonorum artium ad hunc locum pertinent.

De virtute, quæ in actione cōsistit.

C A P. XXXVI.

Virtus, quæ in actione posita est, tres habet partes, Iustitiam, Fortitudinem & Temperantiam. Iustitia est virtus, quæ in hominum societate tuenda, tribuendaque suum cuique, & rerum contractarum fidem versatur. Illa ergo deum religio, parētes pietas, vulgo autem bonitas, creditis in rebus fides, in moderatione animaduertendi lenitas, amicitia in benevolentia nominatur. Fortitudo est considerata periculorum suscepitio, & laborum perpetatio, cuius est liberalitas in usu pecuniae. Temperantia est rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi firma & moderata dominatio. Cuius ies verò virtutum omnium, deēcus fugiens, laudemque maximè consequens. Verecundia est.

Quo

Quomodo laus ab hoc loco sit ducenda.

CAP. XXXVII.

ET quoniam singularū virtutum sunt De oris certaque officia, ac munera, & sua 2. cuique virtuti laus propria debetur: erit explicandū in laude iustitiae, quid cum fide, quid cū æqualitate, qđ cum huiusmodi aliquo officio is, qui laudabitur, fecerit Huc spectat illa Ser. Sup. laus apud Ciceronē. Nec verò silebitur admirabilis quædam, & incredibilis, & penè diuinā eius intelligib⁹ interpretand⁹, æquitate explicādis, sciētia. Omnes, qui omni aetate hac in ciuitate intelligentiam iuris habuerunt, si vnum in locum conferantur, cum Ser. Sulpitio non sunt comparandi. Neque enim ille magis iuris consultus, quam iustitiæ fuit. Itaq; quæ proficisciabantur à legibus, & à iure ciuili, semper ad facilitatem, æquitatēque referebat: neque constitueret iustum actiones malebat, quam controuer- sias tollere. Itēq; in ceteris res gestæ ad cuius-

cuiusque virtutis genus, & vim, & nomen
accōmodabuntur. Gratissima autem laus
eorum factorum habetur, quæ suscepta
vidētur à viris fortibus sine emolumēto,
ac præmio : quæ verò etiam cū labore &
periculo ipsorum, hæc habet yberrimam
copiam ad laudandum, quod & dici orna-
tissime possūt, & auditu facillime. Ea enim
denique virtus esse videtur præstantis vi-
ti, quæ est fructuosa alijs, ipsi autē labo-
riosa, aut periculosa, aut certe gratuita.
Drāces apud Virg. ita Aeneā alloquitur.

Aeneas ò famæ ingens in gentior armis.

12. *Vir Trojane, quibus cælo te laudibus æquæ*
Iustitiae prius mirer, belli ne laborum?
Hinc Seruum Sulpitium misericordiè Cicero
laudat: quod difficillimo Reipub. tempore,
gravi, periculo soque morbo affectus, au-
toritatem senatus salutemque pop. Rom.
vitæ suæ præposuerit, contra que vii gravi-
tatemque morbi contenderit, ut ad ca-
stra Antonij, quo Senatus cū miserat, per-
ueniret. Magna etiam illa laus, & admirabilis
videri solet, tulisse casus sapienter ad-
uersos :

Phil.

9.

uersos; nō fractum esse fortuna: retinuisse
in rebus asperis dignitatē. Sic Ciceronius Mi-
lonis in graui, ac diffīcili tempore vultū
semper eundem, & vocem, & orationem
stabilem ac non mutatam commendat, &
eius in fractum & excelsum animū extollit.
Sumendae autem res erūt aut mag-
nitudine præstabiles: aut nouitate primæ:
aut genere ipso singulares. Eiusmodi re-
rum plenæ sunt orationes Ciceronis pro
lege Manilia, & pro M. Marcello, in qua-
rum altera Cn. Pompeium, in altera Iulū
Cælarem laudat: neque enim paruae, neq;
vīsatatæ neque vulgares admiratione, aut
omnino laude dignæ videri solent. Est etiā
cum cæteris præstantibus viris compara-
tio in laudatione præclara. Sic apud Ver-
gilium Augustus Cæsar cum his compa-
ratur, quorū erant illustres victoriæ.

Nec verò Alcides tantū telluris obiuit, lib. 6.
Fixerit aripedē ceruam licet, aut Erymāthi
Placarit nemora, & Lernā tremē fecerit arcu
Nec qui pāpineis victor iuga flectit habenis.
Liber agens celo Nisæ de vertice tigres.

Pbil., 3 Et Cicero in Philippicis M. Antonium cum Tarquinio superbo comparat: & D Brutus, qui regnare non patiebatur Antonium beneficia in Remp. maiora esse docet, quam L. Brutus, a quo Tarquinius expulsus est,

De tempore, quod finē hominis insequitur.

C A P. XXXVIII.

Nec mors eorum, quorum vita rau-
biunt, silētio præteriri debebit: si mo-
do quid erit animadueritēdum, aut in ipso
genere mortis, aut in ijs rebus, quæ mor-
tē erunt cōsecutæ. In tēpore autē , quod
finē hominis insequitur insunt habitipost
mortē honores, decreta virtutis præmia
res gestæ iudicijs hominum cōprobatae,
Afferunt etiam laudem liberi parenti-
Quint bus, vrbes cōsitoribus, legislatoribus, ar-
libr. 3. tes iouenitoribus, nec non instituta quo-
cap. 9. que authoribus, Hinc est illud Ciceronis

de

de Seruio Sulpicio, Quanquam nullum, *Phil. 9.*
 monimentum clarius Set, Sulpitius re-
 linquere potuerit, quam effigiem morum
 suorum, virtutis, constantie, pietatis, in-
 genij filium, cuius luctus aut hoc honore
 vestro, aut nullo solatio leuari potest. Et *In cat.*
 in alia oratione: Romulum, qui hanc vr-
 bem condidit, ad deos immortales bene-
 uolētia famaque sustulimus, Ouidius la-
 dem eorum, qui astrorum scientiam inue-
 nerunt, his elegantissimis carminib, cele- *Fest.*
 bravit. *libr. 14.*

ælices animæ, quibus hec cognoscere primū

In qz domos superum scandere, cura fuit.

Creatibile est illos pariter viijqz, iocisque

Altius humanis exeruisse caput.

Non Venus, & vinū sublimia pectora freqit,

Officiumque fori, militieque labor.

Nec leuis ambitio perfusaque gloria fuso.

Magnarumque famæ solicitauit opum.

Admouere oculis distantia sydera nostris

Aetheraqz ingenio supposuere suo.

Omnis ordo iupradictus in vituperatione *Quin.*

cōstabat tantū in diuersum, id quod in ora *libr. 3*

troni cap. 9.

tionibus Ciceronis in Pisone, in Vatiniūm, in Marc. Antonium, maximeque ex secunda Philippica animaduictore licet.

De laude urbium.

C A P Y T. I L.

LAUDANTUR urbes similiter atque homines. Nam pro parente est coditor, & multū auctoritatis assert vetustas, & virtutes ac vitia circa res gestas, eademque in singulis. Illa propria, quae ex loci positione, ac munitione sunt, Cimīnibus liberi, decori. Ad hunc locū pertinet illud Virgil. de urbe Roma.

En huius nate, aupicijs illa inclyta Roma.
Imperium terris, animos equabit olympos,
Septemque una sibi muro circundabit arces.
Felix prole virum.

Idem etiam poeta Italiæ laudes elegatissime celebrauit ex his locis, in secundo libro Georgicorum.

De liberatione.

C A P. L.

Quæ

Quae tradita sunt exornationis præcepta, multū ad sententiam dicendā *Arist* valent: quia plerumque eadem illic lauda *lib. 1.* *tri*, hic suaderi solent. In deliberando finis *cap. 9.* est dignitas, ad quem omnia referuntur in *Quin* consilio dando sentētiaque dicenda: sunt *lib. 3.* autem & in suadendo, & in dissuadendo *ca. 10.* tria primum spectanda: quid sit, de quo de *De o-* liberetur: qui sunt, qui deliberent: qui sit, *rat. 2.* qui suadeat. *Quin lib. 2.* *ca. 10.*

Dere de qua deliberatur.

C A P. LI.

REm, de qua deliberatur, aut certum *Arist* est posse fieri, aut incertum. Si incer- *lib. 1.* *tū*, hæc erit quæstio sola, aut potētissima. *c. 6.* & Sæpe enim accidit ut prius dicamus, ne si *7.* possit quidē fieri, esse faciendum: deinde *Quin* fieri non posse. Cū autē de hoc quæritur, *ti. lib.* cōiectura est. ut, An Rex Emanuel terras *3.c. 10.* vltra Oceanum sit inuenturus. Sic ait Ci- cer. Pacem cum Marc. Antonio esse nolo *Phi. 7.* quia turpis est, quia periculosa, quia esse *non*

Quint. non potest. Quæ tria diligētissime in ora-
tione explicat. Quædam & fieri posse, &
libr. 3. futura esse credibile est, sed aut alio tēpo-
cap. 10. re, aut alio modo. Partes suadendi in vni-
 uersum sunt tres, prima est, ut doceamus
 effici posse id, quod suademus: secunda
 deinde honestum esse. posicmo verò esse

Arist. utile. In primis itaque vidēdum est, an ef-

Rhet. fici possit id, quod suademus, nam si quid

l. c. 4 effici nō possit, deliberatio tolitur, quā-

Cicer. uis, & honestū, & utile sit: videndū etiam

de ora- est quām facile possit: namquæ per diffi-

tor. 2. cilia sunt, perinde habenda lunt, ac illi effi-

ci non possint. Et cum de necessitate attē-

demus, & si aliquid non necessarium vide-

bitur, videndum tum erit, quām sit mag-

Lib. 3. nū. Quod enim per magni interest, pro ne-

dec. 3. cessario sēpe habetur. Est apud T. Liuiū

præclara P. Scipionis oratio, in qua & pos-

se Annibalem in Africa vinci demōstrat:

& ad dignitatē populi Romani famamq;

apud reges, gentesque externas pertinere,

nō ad defendēdā modō Italiam, sed ad in-

sciēda etiā Africæ arma, videri Romanis

animum

animum esse: & in primis esse utile requiescere aliquando diu vexatam Italiam, vni, popularique inuicem Africam.

De his, qui deliberauit.

C A P. LII.

Diversi sunt deliberarium animi: & ^{Quint.} siue consultent plores, siue singuli, ^{libr. 3.} in utrisque differentia est. Quia & in pluribus multū interest, senatus sic, an populus; Romani, an Hispani, an Galli: & in singulari, Cato an Cicero, Cæsar an Pompeius. ^{cap. 10.} ^{11.} ^{12.} ^{13.} ^{14.} ^{15.} ^{16.} ^{17.} ^{18.} ^{19.} ^{20.} ^{21.} ^{22.} ^{23.} ^{24.} ^{25.} ^{26.} ^{27.} ^{28.} ^{29.} ^{30.} ^{31.} ^{32.} ^{33.} ^{34.} ^{35.} ^{36.} ^{37.} ^{38.} ^{39.} ^{40.} ^{41.} ^{42.} ^{43.} ^{44.} ^{45.} ^{46.} ^{47.} ^{48.} ^{49.} ^{50.} ^{51.} ^{52.} ^{53.} ^{54.} ^{55.} ^{56.} ^{57.} ^{58.} ^{59.} ^{60.} ^{61.} ^{62.} ^{63.} ^{64.} ^{65.} ^{66.} ^{67.} ^{68.} ^{69.} ^{70.} ^{71.} ^{72.} ^{73.} ^{74.} ^{75.} ^{76.} ^{77.} ^{78.} ^{79.} ^{80.} ^{81.} ^{82.} ^{83.} ^{84.} ^{85.} ^{86.} ^{87.} ^{88.} ^{89.} ^{90.} ^{91.} ^{92.} ^{93.} ^{94.} ^{95.} ^{96.} ^{97.} ^{98.} ^{99.} ^{100.} ^{101.} ^{102.} ^{103.} ^{104.} ^{105.} ^{106.} ^{107.} ^{108.} ^{109.} ^{110.} ^{111.} ^{112.} ^{113.} ^{114.} ^{115.} ^{116.} ^{117.} ^{118.} ^{119.} ^{120.} ^{121.} ^{122.} ^{123.} ^{124.} ^{125.} ^{126.} ^{127.} ^{128.} ^{129.} ^{130.} ^{131.} ^{132.} ^{133.} ^{134.} ^{135.} ^{136.} ^{137.} ^{138.} ^{139.} ^{140.} ^{141.} ^{142.} ^{143.} ^{144.} ^{145.} ^{146.} ^{147.} ^{148.} ^{149.} ^{150.} ^{151.} ^{152.} ^{153.} ^{154.} ^{155.} ^{156.} ^{157.} ^{158.} ^{159.} ^{160.} ^{161.} ^{162.} ^{163.} ^{164.} ^{165.} ^{166.} ^{167.} ^{168.} ^{169.} ^{170.} ^{171.} ^{172.} ^{173.} ^{174.} ^{175.} ^{176.} ^{177.} ^{178.} ^{179.} ^{180.} ^{181.} ^{182.} ^{183.} ^{184.} ^{185.} ^{186.} ^{187.} ^{188.} ^{189.} ^{190.} ^{191.} ^{192.} ^{193.} ^{194.} ^{195.} ^{196.} ^{197.} ^{198.} ^{199.} ^{200.} ^{201.} ^{202.} ^{203.} ^{204.} ^{205.} ^{206.} ^{207.} ^{208.} ^{209.} ^{210.} ^{211.} ^{212.} ^{213.} ^{214.} ^{215.} ^{216.} ^{217.} ^{218.} ^{219.} ^{220.} ^{221.} ^{222.} ^{223.} ^{224.} ^{225.} ^{226.} ^{227.} ^{228.} ^{229.} ^{230.} ^{231.} ^{232.} ^{233.} ^{234.} ^{235.} ^{236.} ^{237.} ^{238.} ^{239.} ^{240.} ^{241.} ^{242.} ^{243.} ^{244.} ^{245.} ^{246.} ^{247.} ^{248.} ^{249.} ^{250.} ^{251.} ^{252.} ^{253.} ^{254.} ^{255.} ^{256.} ^{257.} ^{258.} ^{259.} ^{260.} ^{261.} ^{262.} ^{263.} ^{264.} ^{265.} ^{266.} ^{267.} ^{268.} ^{269.} ^{270.} ^{271.} ^{272.} ^{273.} ^{274.} ^{275.} ^{276.} ^{277.} ^{278.} ^{279.} ^{280.} ^{281.} ^{282.} ^{283.} ^{284.} ^{285.} ^{286.} ^{287.} ^{288.} ^{289.} ^{290.} ^{291.} ^{292.} ^{293.} ^{294.} ^{295.} ^{296.} ^{297.} ^{298.} ^{299.} ^{300.} ^{301.} ^{302.} ^{303.} ^{304.} ^{305.} ^{306.} ^{307.} ^{308.} ^{309.} ^{310.} ^{311.} ^{312.} ^{313.} ^{314.} ^{315.} ^{316.} ^{317.} ^{318.} ^{319.} ^{320.} ^{321.} ^{322.} ^{323.} ^{324.} ^{325.} ^{326.} ^{327.} ^{328.} ^{329.} ^{330.} ^{331.} ^{332.} ^{333.} ^{334.} ^{335.} ^{336.} ^{337.} ^{338.} ^{339.} ^{340.} ^{341.} ^{342.} ^{343.} ^{344.} ^{345.} ^{346.} ^{347.} ^{348.} ^{349.} ^{350.} ^{351.} ^{352.} ^{353.} ^{354.} ^{355.} ^{356.} ^{357.} ^{358.} ^{359.} ^{360.} ^{361.} ^{362.} ^{363.} ^{364.} ^{365.} ^{366.} ^{367.} ^{368.} ^{369.} ^{370.} ^{371.} ^{372.} ^{373.} ^{374.} ^{375.} ^{376.} ^{377.} ^{378.} ^{379.} ^{380.} ^{381.} ^{382.} ^{383.} ^{384.} ^{385.} ^{386.} ^{387.} ^{388.} ^{389.} ^{390.} ^{391.} ^{392.} ^{393.} ^{394.} ^{395.} ^{396.} ^{397.} ^{398.} ^{399.} ^{400.} ^{401.} ^{402.} ^{403.} ^{404.} ^{405.} ^{406.} ^{407.} ^{408.} ^{409.} ^{410.} ^{411.} ^{412.} ^{413.} ^{414.} ^{415.} ^{416.} ^{417.} ^{418.} ^{419.} ^{420.} ^{421.} ^{422.} ^{423.} ^{424.} ^{425.} ^{426.} ^{427.} ^{428.} ^{429.} ^{430.} ^{431.} ^{432.} ^{433.} ^{434.} ^{435.} ^{436.} ^{437.} ^{438.} ^{439.} ^{440.} ^{441.} ^{442.} ^{443.} ^{444.} ^{445.} ^{446.} ^{447.} ^{448.} ^{449.} ^{450.} ^{451.} ^{452.} ^{453.} ^{454.} ^{455.} ^{456.} ^{457.} ^{458.} ^{459.} ^{460.} ^{461.} ^{462.} ^{463.} ^{464.} ^{465.} ^{466.} ^{467.} ^{468.} ^{469.} ^{470.} ^{471.} ^{472.} ^{473.} ^{474.} ^{475.} ^{476.} ^{477.} ^{478.} ^{479.} ^{480.} ^{481.} ^{482.} ^{483.} ^{484.} ^{485.} ^{486.} ^{487.} ^{488.} ^{489.} ^{490.} ^{491.} ^{492.} ^{493.} ^{494.} ^{495.} ^{496.} ^{497.} ^{498.} ^{499.} ^{500.} ^{501.} ^{502.} ^{503.} ^{504.} ^{505.} ^{506.} ^{507.} ^{508.} ^{509.} ^{510.} ^{511.} ^{512.} ^{513.} ^{514.} ^{515.} ^{516.} ^{517.} ^{518.} ^{519.} ^{520.} ^{521.} ^{522.} ^{523.} ^{524.} ^{525.} ^{526.} ^{527.} ^{528.} ^{529.} ^{530.} ^{531.} ^{532.} ^{533.} ^{534.} ^{535.} ^{536.} ^{537.} ^{538.} ^{539.} ^{540.} ^{541.} ^{542.} ^{543.} ^{544.} ^{545.} ^{546.} ^{547.} ^{548.} ^{549.} ^{550.} ^{551.} ^{552.} ^{553.} ^{554.} ^{555.} ^{556.} ^{557.} ^{558.} ^{559.} ^{560.} ^{561.} ^{562.} ^{563.} ^{564.} ^{565.} ^{566.} ^{567.} ^{568.} ^{569.} ^{570.} ^{571.} ^{572.} ^{573.} ^{574.} ^{575.} ^{576.} ^{577.} ^{578.} ^{579.} ^{580.} ^{581.} ^{582.} ^{583.} ^{584.} ^{585.} ^{586.} ^{587.} ^{588.} ^{589.} ^{590.} ^{591.} ^{592.} ^{593.} ^{594.} ^{595.} ^{596.} ^{597.} ^{598.} ^{599.} ^{600.} ^{601.} ^{602.} ^{603.} ^{604.} ^{605.} ^{606.} ^{607.} ^{608.} ^{609.} ^{610.} ^{611.} ^{612.} ^{613.} ^{614.} ^{615.} ^{616.} ^{617.} ^{618.} ^{619.} ^{620.} ^{621.} ^{622.} ^{623.} ^{624.} ^{625.} ^{626.} ^{627.} ^{628.} ^{629.} ^{630.} ^{631.} ^{632.} ^{633.} ^{634.} ^{635.} ^{636.} ^{637.} ^{638.} ^{639.} ^{640.} ^{641.} ^{642.} ^{643.} ^{644.} ^{645.} ^{646.} ^{647.} ^{648.} ^{649.} ^{650.} ^{651.} ^{652.} ^{653.} ^{654.} ^{655.} ^{656.} ^{657.} ^{658.} ^{659.} ^{660.} ^{661.} ^{662.} ^{663.} ^{664.} ^{665.} ^{666.} ^{667.} ^{668.} ^{669.} ^{670.} ^{671.} ^{672.} ^{673.} ^{674.} ^{675.} ^{676.} ^{677.} ^{678.} ^{679.} ^{680.} ^{681.} ^{682.} ^{683.} ^{684.} ^{685.} ^{686.} ^{687.} ^{688.} ^{689.} ^{690.} ^{691.} ^{692.} ^{693.} ^{694.} ^{695.} ^{696.} ^{697.} ^{698.} ^{699.} ^{700.} ^{701.} ^{702.} ^{703.} ^{704.} ^{705.} ^{706.} ^{707.} ^{708.} ^{709.} ^{710.} ^{711.} ^{712.} ^{713.} ^{714.} ^{715.} ^{716.} ^{717.} ^{718.} ^{719.} ^{720.} ^{721.} ^{722.} ^{723.} ^{724.} ^{725.} ^{726.} ^{727.} ^{728.} ^{729.} ^{730.} ^{731.} ^{732.} ^{733.} ^{734.} ^{735.} ^{736.} ^{737.} ^{738.} ^{739.} ^{740.} ^{741.} ^{742.} ^{743.} ^{744.} ^{745.} ^{746.} ^{747.} ^{748.} ^{749.} ^{750.} ^{751.} ^{752.} ^{753.} ^{754.} ^{755.} ^{756.} ^{757.} ^{758.} ^{759.} ^{760.} ^{761.} ^{762.} ^{763.} ^{764.} ^{765.} ^{766.} ^{767.} ^{768.} ^{769.} ^{770.} ^{771.} ^{772.} ^{773.} ^{774.} ^{775.} ^{776.} ^{777.} ^{778.} ^{779.} ^{780.} ^{781.} ^{782.} ^{783.} ^{784.} ^{785.} ^{786.} ^{787.} ^{788.} ^{789.} ^{790.} ^{791.} ^{792.} ^{793.} ^{794.} ^{795.} ^{796.} ^{797.} ^{798.} ^{799.} ^{800.} ^{801.} ^{802.} ^{803.} ^{804.} ^{805.} ^{806.} ^{807.} ^{808.} ^{809.} ^{810.} ^{811.} ^{812.} ^{813.} ^{814.} ^{815.} ^{816.} ^{817.} ^{818.} ^{819.} ^{820.} ^{821.} ^{822.} ^{823.} ^{824.} ^{825.} ^{826.} ^{827.} ^{828.} ^{829.} ^{830.} ^{831.} ^{832.} ^{833.} ^{834.} ^{835.} ^{836.} ^{837.} ^{838.} ^{839.} ^{840.} ^{841.} ^{842.} ^{843.} ^{844.} ^{845.} ^{846.} ^{847.} ^{848.} ^{849.} ^{850.} ^{851.} ^{852.} ^{853.} ^{854.} ^{855.} ^{856.} ^{857.} ^{858.} ^{859.} ^{860.} ^{861.} ^{862.} ^{863.} ^{864.} ^{865.} ^{866.} ^{867.} ^{868.} ^{869.} ^{870.} ^{871.} ^{872.} ^{873.} ^{874.} ^{875.} ^{876.} ^{877.} ^{878.} ^{879.} ^{880.} ^{881.} ^{882.} ^{883.} ^{884.} ^{885.} ^{886.} ^{887.} ^{888.} ^{889.} ^{890.} ^{891.} ^{892.} ^{893.} ^{894.} ^{895.} ^{896.} ^{897.} ^{898.} ^{899.} ^{900.} ^{901.} ^{902.} ^{903.} ^{904.} ^{905.} ^{906.} ^{907.} ^{908.} ^{909.} ^{910.} ^{911.} ^{912.} ^{913.} ^{914.} ^{915.} ^{916.} ^{917.} ^{918.} ^{919.} ^{920.} ^{921.} ^{922.} ^{923.} ^{924.} ^{925.} ^{926.} ^{927.} ^{928.} ^{929.} ^{930.} ^{931.} ^{932.} ^{933.} ^{934.} ^{935.} ^{936.} ^{937.} ^{938.} ^{939.} ^{940.} ^{941.} ^{942.} ^{943.} ^{944.} ^{945.} ^{946.} ^{947.} ^{948.} ^{949.} ^{950.} ^{951.} ^{952.} ^{953.} ^{954.} ^{955.} ^{956.} ^{957.} ^{958.} ^{959.} ^{960.} ^{961.} ^{962.} ^{963.} ^{964.} ^{965.} ^{966.} ^{967.} ^{968.} ^{969.} ^{970.} ^{971.} ^{972.} ^{973.} ^{974.} ^{975.} ^{976.} ^{977.} ^{978.} ^{979.} ^{980.} ^{981.} ^{982.} ^{983.} ^{984.} ^{985.} ^{986.} ^{987.} ^{988.} ^{989.} ^{990.} ^{991.} ^{992.} ^{993.} ^{994.} ^{995.} ^{996.} ^{997.} ^{998.} ^{999.} ^{1000.} ^{1001.} ^{1002.} ^{1003.} ^{1004.} ^{1005.} ^{1006.} ^{1007.} ^{1008.} ^{1009.} ^{1010.} ^{1011.} ^{1012.} ^{1013.} ^{1014.} ^{1015.} ^{1016.} ^{1017.} ^{1018.} ^{1019.} ^{1020.} ^{1021.} ^{1022.} ^{1023.} ^{1024.} ^{1025.} ^{1026.} ^{1027.} ^{1028.} ^{1029.} ^{1030.} ^{1031.} ^{1032.} ^{1033.} ^{1034.} ^{1035.} ^{1036.} ^{1037.} ^{1038.} ^{1039.} ^{1040.} ^{1041.} ^{1042.} ^{1043.} ^{1044.} ^{1045.} ^{1046.} ^{1047.} ^{1048.} ^{1049.} ^{1050.} ^{1051.} ^{1052.} ^{1053.} ^{1054.} ^{1055.} ^{1056.} ^{1057.} ^{1058.} ^{1059.} ^{1060.} ^{1061.} ^{1062.} ^{1063.} ^{1064.} ^{1065.} ^{1066.} ^{1067.} ^{1068.} ^{1069.} ^{1070.} ^{1071.} ^{1072.} ^{1073.} ^{1074.} ^{1075.} ^{1076.} ^{1077.} ^{1078.} ^{1079.} ^{1080.} ^{1081.} ^{1082.} ^{1083.} ^{1084.} ^{1085.} ^{1086.} ^{1087.} ^{1088.} ^{1089.} ^{1090.} ^{1091.} ^{1092.} ^{1093.} ^{1094.} ^{1095.} ^{1096.} ^{1097.} ^{1098.} ^{1099.} ^{1100.} ^{1101.} ^{1102.} ^{1103.} ^{1104.} ^{1105.} ^{1106.} ^{1107.} ^{1108.} ^{1109.} ^{1110.} ^{1111.} ^{1112.} ^{1113.} ^{1114.} ^{1115.} ^{1116.} ^{1117.} ^{1118.} ^{1119.} ^{1120.} ^{1121.} ^{1122.} ^{1123.} ^{1124.} ^{1125.} ^{1126.} ^{1127.} ^{1128.} ^{1129.} ^{1130.} ^{1131.} ^{1132.} ^{1133.} ^{1134.} ^{1135.} ^{1136.} ^{1137.} ^{1138.} ^{1139.} ^{1140.} ^{1141.} ^{1142.} ^{1143.} ^{1144.} ^{1145.} ^{1146.} ^{1147.} ^{1148.} ^{1149.} ^{1150.} ^{1151.} ^{1152.} ^{1153.} ^{1154.} ^{1155.} ^{1156.} ^{1157.} ^{1158.} ^{1159.} ^{1160.} ^{1161.} ^{1162.} ^{1163.} ^{1164.} ^{1165.} ^{1166.} ^{1167.} ^{1168.} ^{1169.} ^{1170.} ^{1171.} ^{1172.} ^{1173.} ^{1174.} ^{1175.} ^{1176.} ^{1177.} ^{1178.} ^{1179.} ^{1180.} ^{1181.} ^{1182.} ^{1183.} ^{1184.} ^{1185.} ^{1186.} ^{1187.} ^{1188.} ^{1189.} ^{1190.} ^{1191.} ^{1192.} ^{1193.} ^{1194.} ^{1195.} ^{1196.} ^{1197.} ^{1198.} ^{1199.} ^{1200.} ^{1201.} ^{1202.} ^{1203.} ^{1204.} ^{1205.} ^{1206.} ^{1207.} ^{1208.} ^{1209.} ^{1210.} ^{1211.} ^{1212.} ^{1213.} ^{1214.} ^{1215.} ^{1216.} ^{1217.} ^{1218.} ^{1219.} ^{1220.} ^{1221.} ^{1222.} ^{1223.} ^{1224.} ^{1225.} ^{1226.} ^{1227.} ^{1228.} ^{1229.} ^{1230.} ^{1231.} ^{1232.} ^{1233.} ^{1234.} ^{1235.} ^{1236.} ^{1237.} ^{1238.} ^{1239.} ^{1240.} ^{1241.} ^{1242.} ^{1243.} ^{1244.} ^{1245.} ^{1246.} ^{1247.} ^{1248.} ^{1249.} ^{1250.} ^{1251.} ^{1252.} ^{1253.} ^{1254.} ^{1255.} ^{1256.} ^{1257.} ^{1258.} ^{1259.} ^{1260.} ^{1261.} ^{1262.} ^{1263.} ^{1264.} ^{1265.} ^{1266.} ^{1267.} ^{1268.} ^{1269.} ^{1270.} ^{1271.} ^{1272.} ^{1273.} ^{1274.} ^{1275.} ^{1276.} ^{1277.} ^{1278.} ^{1279.} ^{1280.} ^{1281.} ^{1282.} ^{1283.} ^{1284.} ^{1285.} ^{1286.} ^{1287.} ^{1288.} ^{1289.} ^{1290.} ^{1291.} ^{1292.} ^{1293.} ^{1294.} ^{1295.} ^{1296.} ^{1297.} ^{1298.} ^{1299.} ^{1300.} ^{1301.} ^{1302.} ^{1303.} ^{1304.} ^{1305.} ^{1306.} ^{1307.} ^{1308.} ^{1309.} ^{1310.} ^{1311.} ^{1312.} ^{1313.} ^{1314.} ^{1315.} ^{1316.} ^{1317.} ^{1318.} ^{1319.}

In par Sed quoniam genus hominum ad honestatem natū malo cultu, prauisq; opinionibus corruptū est diligentī cohortatione opus est. Et honesta quidem apud honestos suadere facillimū est, sive rō apud turpes recta obtinere conabimur, ne vjdeamur, exprobrare diuersamvitā sectam, cā uendum est. Et animus deliberantis non sola virtutis commendatione permouendus, sed laude, vulgi opinione, & securitate

*Quin
til.lib
3.c.10* utilitate aliquāto verō magis obijciendo aliquos, si diuersa fecerint metus. Nāpræter id, quod his letiissimi cuius facillimē terretur, nescio an naturaliter apud plurimos plus valeat malorum timor quam spes honorum. Genus est enim eiusmodi (ait Cic.) quod uestros animos excitare atq; inflāmare debet, in quo agitur pop. Ro. gloria, quæ uobis à maioribus, cū magna in omnibus rebus, tum summa in re militari tradita est: agitur salus sociorum, atque amicorū pro qua, multa majorēs uestri magna, & gratia bella gesse- sunt: aguntur certissima pop. Ro. uestiga

lia, & maxima, quibus amissis, & pacis
ornamenta, & subsidia belli requiretis. So-
la vii tutis commendatione incendit mili-
tum animos Cato apud Lucanum ad ag-
grediendum iter difficillimum & pericu-
losissimum.

*O quibus una salus placuit mea castra secutis
Indomita ceruice, mori componite mentes
Ad magnū virtutis opus, summosq; labores.
Quam rationem pulchra illa claudit sen-
tentia.*

Serpens, sitis, arbor, arenae.

*Uincit uirtus, Gaudet patientia duris,
Letius est, quoties magno sibi cōstat, honestū
Sæpe etiam controuersia inter hominum
sententias in illo est, vtrum sit honestius.
Affirmant autem viri sapientissimi om-
ne officium, quod ad coniunctionē homi-
num, & ad tuendam societatem val. t, an-
teponendum esse illi officio, quod cogni-
tione & scientia continetur. In ipsa autē
communitate sūt gradus, ex quibus, quid
cuique præstet, intelligi potest, vt prima
Deo Optimo Max. secunda patriæ, certia*

parentibus, deinceps gradatim reliqua re
liquis debeantur. Ex quibus atque simi-
libus intelligimus, quomodo hāc suasionis
partem, quae ad honestatem pertinet
tractare debcamus.

De utilitate.

Arist.

lib. 1.

rhec. 6

Quint

libr. 3.

cap. 10.

C A P. L I I I I .

AN sit autē facile magnū, iucundū, si
ne periculo, ad quæstionē pertinet
volitatis. Suasor itaque vel omnia
hæc, vel eoiū pleraque inesse in eo, quod
snadet, ostendet. Ilioneus his verbis allequi-
tur Latinum regem apud Virginium.

Dij s̄edem exigua patrijs, littusq; rogamus
Innocuū, & cūclis vndāq; auramq; patentem,
Nō erimus regno indecores: nec vestra fere-
Fama leuis tātiq; abolescat gratia facti. (tur

Lib. 2.

dec. 3.

Qui verò dissuadet, ille difficile, parvum,
iniucundū, periculosum monstrabit. Hoc
modo Fabius Maximus apud T. Livium
ne P. Scipio in Africam traiiciat, conten-
dit: cū Annibal hostis incolumi exercitu,
quartū decimum annum Italiam obsideat.
Nam nunc quidem præter quam quod, &

in

in Italia, & in Africa duos diuersos exercitus alere ærarium nō poteſt, præter quā quod vnde classes tueamur, vnde cōmentibus p:æbendis ſufficiamus nihil reliqui eſt; periculi tandem quantū adeatur, quē fallit? Deinde grauitet & ſapienter difficultates multas, & pericula cōmemorat, quæ futura ſint, ni cōſulvterque in Italiam retinearur. Eodem etiā modo propositis duobus vtilibus, vtrum ſit vtilius controveſia eſt. Cum autē ſpecies vtilitatis cum honestate certat, qui vtilitatē deſedet, enu-
De o-
mera. Sit cōmoda pacis, opum, potētiæ ve-
rst. 2.
 ſigaliū, præſidij militum, vtilitatesq; cœterarum rerum, querū ſi uictum vtilitate metimur: itemq; incōmoda contrariorū. Ex his locis Catilina apud Saluſtiū ad nefariū facinus, quod ille maximū atq; pulcherrimum vocat, cōjuratos hortatur, Vobis (inquit) eſt domi inopia foris æs alienum, malares, ſpes multo asperior, deniq; quid reliqui habemus prætermiferā animā? Quinigitur exp̄rgiscimini? enīlla, quā ſæpe optaſtis, libertas: præterea diuitiae,

decus, gloria in oculis sita sunt. Curio simi
liter apud Lucanum specie utilitatis Iuliū
Cæsarem ad ciuile bellum hortatur.

Lib. i.

*Bellantem geminis tenuit te Gallia lustris,
Pars quota terrarum: facili si praelia pauca
Ges̄eris euentu: tibi Roma subegerit orbem.*

Qui ad dignitatem impellet, majorū exē-
pla, quæ erunt vel cum periculo glorioſa
colliget, posteritatis immortale memoriā
augebit, utilitatē ex laude nasci defendet,
semperq; eam cū dignitate esse cōiunctā.

Hæc autem exercitatio defendendi, acciē

Quib.
tit. ii.

3. c. 10.

vtilitatis cōtra honestatem, in qua vna ve-
ra est vtilitas, ad Scholarum exercitatio-
nes vtilis est: nam & iniquorum ratio-
noscenda est, vt melius æqua tucamur.

De eo, qui suadet.

C A P. L V.

De ora
ter. 2.

MUltum etiā refert, quæ sit persona
dicentis, suadere enim aliquid, aut
dissuadere grauissimæ est personæ
Nā & sapientis est, consiliū explicare suū
de maximis rebus: & honesti & diserti, vt
mente

mente prouidere, autoritate probare, oratione persuadere polsit. Nunc (ait Cic.) cū & autoritatis in me tantum sit, quantū vos honoribus mandandū esse voluistis: & ad agendum facultatis tantum, quantū homini vigilāti ex forensi vſu prope quotidiana dicendi exercitatio potuit afferre: certe, & si quid in dicēdo cōlequi possim ijs ostendam potissimum, qui ei quoq; rei fructū suo indicio tribuerunt. Ante acta Quin-
vita si illustris fuit, aut clarius genus, aut 1st. lib.
ætas, aut dignitas affert expectationē, vi- 3.c. 10
dendū est ne quæ dicūtur, ab eo qui dicit dissentiant. Hoc egregie seruauit Virg. in Latino rege, quem sic dicentē introducit. Olliſedato respondit corde Latinus Aenix
O praestans animi iuuenis, quātū ipſe feroci
Virtute exuperas, tāto me impēsius æquū est
Cōſulere, atq; omnes metuētē expēdere partes
At his contraria summiſiorem quēdam
modum postulant. Nam quæ in alijs li-
bertas est, in alijs licentia vocatur & qui-
busdam sufficit autoritas, quosdam ratio
ipsa ægic tuetur.

Quedam in deliberatione obseruanda.

C A P. L.VI.

Arist.

libr. I.

Rhet.

cap. 8.

De ora-

tor. 2.

Quint.

libr. I.

cap. 10

AD cōsilium de Repub. dādum caput est nosse Rēpublicā, ad dicēdū verò probabiliter nosse mores cītatis, qui quia crebro mutantur, genus quoque orationis est sēpe mutādū. In senatu mīnorī apparatu dicendum est, sapiēs enim est consiliū, multisq; alijs dicendi relin- quēdus locus, vitāda etiam ingenij, ostētationisq; suspicio. Concio capitūnē vim orationis, & grauitatē, varietatēq; de fiderat: maximaq; pars orationis admōvēda est ad animorum motus. Hoc videre est in quibusdam Ciceronis orationibus contra M. Antonium in senatu habitis, quæ cum sint elegātes, & disertæ, nullum tamē apparatus habent. At oratio pro lege Manilia, & orationes de lege Agraria, multo magnificentius habent, & ordinatiū s genus dicendi. Vis autem ad suadēduā exemplorum est maxima, aut recen- tium, quo notiora sunt, aut veterum, quo plus

plus autoritatis habent. Plerumque enim
videntur respondere futura præteritis,
habeturque experimentum velut quod-
dam rationis testimonium. Suadet Fa-
bius Maximus in senatu, ne P. Scipio
Annibale in Italia relicto in Africam tra-
jiciat: Dies me deficiat (inquit) si reges
Imperatoresque temerè in hostium terras
transgressos, cum maximis cladibus suis,
exercituumque suorum enumerare velim.
Deinde vetus assert Atheniensium exem-
plum , qui classe in Siciliam transmissa,
temp̄ publicam suam in perpetuum affixe-
runt. Et nouum M. Atilij, qui in ea ipsa
Africa annis ante quadraginta in prælio
victus & captus est. Sequebatur , ut ea,
quæ iudicijs accommodata sunt, explicava-
rentur : sed quia iudiciorum mutata ra-
tio, ut ea præcepta parum sint necessaria,
efficit, & ex orationibus Ciceronis, & lo-
cis supradictis, tum etiam his quæ de par-
tibus orationis dicentur , facile cognosci
possunt: sequitur ut de secunda parte Rhe-
toricæ dicamus.

72
D E A R T E
RHE TORICA LIB. II.

De dispositione.

C A P V T . I .

SE C V N D V S hic liber dispositionis præcepta continet, quæ oratori per utilia sunt, & maxime necessaria. Quid enim diligenter argumēta inuenisse conferet, nisi pari diligentia, quæ inuenta sunt, collocentur? libr. 7. Excellentis ducis virtus non magis in de-
in pref. ligendo fortissimo & strenuissimo quoq;
milite ad bellum, quam in instruenda ad
pugnam acie cernitur: & si quam in corporibus nostris, aliorumque animalium par-
tem permutes atq; trasferas, licet habeat
eadem omnia, prodigium sit tamen. Et artuse tiam leuiter loco moti perdunt, quo
vigerunt usum: & turbati exercitus sibi
ipsi

ipſi ſunt impedimento. Sic oratio carens
hac virtute, tumultuetur neceſſe eſt, & fi-
ne rectore fluitet, nec cohæreat ſibi: mu-
ta repetat, multa tranſeat, velut nocte in
ignotis locis errās: nec initio, nec fine pro *De in-*
poſito, caſum potius quam cōſiliū ſequa- *uēt. I.*
tur. Qua propter hic liber diſpoſitioni ſer-
uiat. Eſt autē diſpoſitio rerum inuenſarū In part-
in ordinem diſtributio. Cuius in infinita
quæſtione ordo eſt ferè idem, qui expoſi-
tus eſt locorum. In definita autē adhiben-
da ſunt illa etiam, quæ ad motus animorū
pertinent. Atque eo fit, vt utamur, Exor- In part-
dio, Narratione, Confirmatione, Perora-
tione. Hæ ſunt enim quatuor orationis
partes, per quas inuenia diſtribuimus. Qua-
tū duævalent ad rem docēdam, narratio,
& confirmatione: ad impellendos animos
duæ, principium & peroratio, de quibus
figillatiū dicendum eſt.

*De Exordio.**C A P. II.*

Exordiū eſt oratio animū auditōris *Quint*
idonee comparās ad reliquā dicēdo- *libr. 4.*
E s *nem. cap. I.*

nem. Id fieri tribus maximè rebus inter
autores plurimos constat, si benevolum,
attentum, docilem auditorem fecerimus:
quorū primus locus, id est, ut amice au-
diatur, est in personis nostris, auditorū,
aduersariorū, & quibus initia benevolētiae
concilianda comparantur, aut meritis no-
stris, aut dignitate, aut aliquo genere vir-
tutis, & maximè liberalitatis, officij, justi-
tiae, fidei, contrarijsque rebus in aduersa-
rios conferendis, & cū auditoribus aliqua
coniunctionis, aut causa, aut spe significā-
da.

*Pro C. Rabirio p. erduellionis
Rabit.* reo, Me cū amicitiae vetustas, tū dignitas
hominis, tum ratio humanitatis, tum meæ
vitæ perpetua consuetudo, ad C. Rabiriū
defendendum est adhortata tum verò ut
id studiofissimè ficerem, salus Reip. Cō-
sulare officium, Consulatus denique ipse
mīhi vna vobiscum cū salute Reip. com-
mendatus coegit. hæc autem accuratè in
eo exordio & ornatè explicat. In oratione

*Pro p. verò pro P. Sylla sic ait: Quanquam ex
Sylla.* huius incōmodis magnā animo molestiā

capio

Capio, tamē in cæteris malis facile patior oblatum mihi tempus, in quo boni viri lenitatem meam, misericordiamq; notā omnibus quōdā, nunc quasi intermissā agnoscerēt, improbi ac perditī ciues edomiti atque vieti præcipitante Rep. vehementem me fuisse atque fortem, conseruata mitē, ac misericordem faterentur. Et pro Cn. Plancio suam cū iudicibus coniunctionē Pro Cn significat his verbis, Nunc autē vester Iu- Planc. dices conspečtus, & cōfensus iste reficit, & recreat mentem meam cum intueor & contéplor vnumquenque vestrum: video enim hoc in numero neminē cui mea salus chara non fuerit, cuius nō extet in mensu meriti, cui non sim obstrictus memoria beneficij sép̄iterna. Itaq; nō extimesco, ne Cn. Plancio custodia meæ salutis apud eos obfir, qui me ipsū maximē saluū videre voluerunt. At in oratione pro P. Quintio vim aduersariorū & gratiā in inuidiā vocat: & C. Aquilium eosq; qui in pro p. cōfilio ad sūt, orat atq; obsecrat, ut multis Quint iniurijs iactatā atque agitatā æquitatē in eo

In par. eo tandem loco consistere atq; cōfirmari patiātur. Intelligēter autem vt audiamur, & attente á rebus ipsis ordiēdum est, sed facillimē auditor discit & quid agatur, intelligit, si cōpleteare ab initio genus natu ramq; causæ, si definias, si diuidas, si neq; prudētiam eius impeditas confusione par-

pro A. tium, nec memoriā multitudine. Sic exorditur Cicero pro A. Cluētio: Animaduer ti Iudices, omnem accusatoris orationē in duas diuisam esse partes: Quam distribu tionē ait certum sibi esse in defēsi one ser uare, vt omnes intelligāt nihil eū nec sub

In part terfugere voluisse reticēdo, nec obscurare dicēdo. Vt attente autē audiamur triū rerum aliqua consequemur. Nā aut magna quædā proponemus, aut necessaria, aut

pro do cōiuncta cum ipsis, apud quos res age tur. *mos sua* Luculēter hunc locū Cic. tractauit in ex ordio nobillissimæ orationis pro domo sua: Quòd si vilo tépore magna causa in sacerdotū pop. Ro. iudicio ac potestate versata est, hæc profectō tanta est, vt om nis Reip. dignitas, omnium ciuium salus, vita,

vita, libertas, arae, foci, dij penates, bona
fortunae domicilia, vestræ sapiëtiae, fidei
potestatiq; cōmissa creditaq; esse v idea-
tur. Verum ex his, quæ proposita sunt,
aliud atq; aliud pro varietate causarum
desiderari palam est.

De generibus causarum.

C A P. III.

GEnera porrò causarū, plurimi quin
que fecerunt, honestū, humile, du-
bium vel anceps, admirabile, obscurum.
Sunt quibus rectè videatur adijci turpe,
quod alij humili, alij admirabili subijciūt.
Admirabile autē vocāt, quod est præter
opinionem hominū constitutū. In ancipi-
ti maximè benevolū iudicē, in obscuro
docilem, in humili attentū, parare debe-
mus: nam honestum quidē, ad cōciliatio-
nē satis per se valet, in admirabili & turpi
remedijs opus est: & eo quidam exordiū
in duas diuidunt partes, principium, & in-
sinuationem, ut sit in principijs recta be-
nevolentia, & attentionis postulatio, quæ Cicer-
quia esse in turpi causæ genere nō possit,

*Quint.**libr. 4.**cap. 1.**Quint.**lib. 4.**cap. 1.**Adher-**libr. 1.**Cicer.**de inu.**insinur-**libr. 1.*

insinuatio surrepat animis, maximè vbi
Quint frons causæ nō satis honesta est, vel quia
lib. 4. res sit improba, vel quia hominibus parū
cap. 1. probetur: Et quidem quibus aduersus
ad Her hæc remedij sit medendum, consilium ex
lib. 1. causis sumetur. Illud in vniuersum p̄ræ-
Cicer, ceptum sit, vt ab ijs quæ lædūt, ad ea, quæ
de in- prosunt, refugiamus. Si causa laborabi-
uēt, 1, 2 mus, persona subueniet, si persona, cau-
 sa. His etiam de causis insinuatione vten-
 dum est, si aduersarij oratio anditorum a-
 nimos occupauerit, vel si dicendum apud
 fatigatos est: quorum alterum promiuē-
 do nostras probationes, & aduersas elu-
 dendo vitabimus: alteruni & spe breuita-
 tis, & ijs, quibus attētum fieri auditorem
 docuimus. Vrbanitas etiam opportuna re-
 ficit animos, & vndecunque petita audi-
 toris voluptas leuat tædium.

Arist.

libr. 3.

Rhet.

cap. 14

De or.

Cuiusmodi exordia esse debeant.

C A P V T . IIII.

Exordia semper cū accurata, & acuta
 & instructa sententijs, apta verbis,
 2.
 tum

ēūm causarū propria esse debent. Prima
est enim quasi cognitio, & cōmēdatio ora-
toris in exordio, quæ continuò eū, qui au-
dit, permulcere atque allicere debet. Ma-
xima autem copia exordiorū ad auditorē
aut alliciendum, aut incitandum ex his lo-
cis trahitur, qui ad motus animorum cōfi-
ciendos inerunt in causa: quos tamē totos
in exordio explicari nō oportebit, sed tā-
tum impelli primò auditorem leniter, vt
iam inclinato reliqua incumbat oratio.

De vitijs exordij.

C A P. V.

HAEC autē sunt vicia certissima exor- De in-
diorū, quæ summopere vitare opor- uēt, i, r
tebit vulgare commune, cōmutabile, lō- ad Her-
gum, separatum, translatum cōtra præce libr: i,
ptā. Vulgare est, quod in plures causas po Quin,
test accommodari, vt cōuenire videatur. l, 4, c, 5
Commune est, quod nihilominus in hanc
quām in contrariā partē causæ potest cō-
uenire. Cōmutabile est quod ab aduersa-
riopotest leuiter mutatū ex contrariaparte
dici. Lōgū est, quod pluribus verbis, aut
senten-

sentētijs, vltra quām satis est, producitur.
 Oportet enim vt ædibus ac tēplis vestibu-
 la, & aditus, si causis proportionē rerum
 principia præponere. Separatum est, quod
 non ex ipsā causa ductū est, nec sicut ali-
 quod membrū annexum orationi. Trans-
 latum est, quod aliud cōficit, quām causæ
 genus postulat, vt si quis docilem facit au-
 ditorem, cum benevolentiam causa desi-
 deret: aut si principio vtatur, cum insinua-
 tionem res postuleret. Cōtra præcepta est,
 quod nihil eorum efficit, quorum causa
 præcepta de exordijs traduntur: hoc est,
 quod eum, qui audit, nec beneolum, nec
 attentum, nec docilem reddit, aut, quo
 profecto nihil peius est, vt contra sit, facit.

Ari. st. De exordio quædam in genere iudiciali.

libr. 3.

C A P. VI.

rhe c. 4 **D**icitū est de exordio in cōmuni, res-
De ora- stat vt breuiter, siquid in singulis ge-
tor. 2. neribus in exordiēdo propriū est,
Quin- adiiciamus. Et à iudicijs incipiamus, vete-
til. libr. rcs oratores diligēter id curabāt, vt in ge-
4 ca. I. nere

nere iudiciali ex ipsis visceribus causæ su-
merent exordia: iudicē conciliabant non
tantū laudando cum, sed laudem eius ad
vtilitatē causæ suæ coniungentes, allegā-
do pro honestis dignitatē illi suā, pro hu-
milibus iusticiā, pro infecilibus misericor-
diā, pro læsis seueritatē, & similiter cæte-
ra: metum nonnunqñā amouebāt, v: C: ce
pro Milone, ne arma Pōpeij contra se dis-
posita putarent, laborauit: nonnunquam Arist.
adhibebant, vt idem in verrem facit. Da- Rhet.
bant etiam operam ne ostentaret in prin- libr. 3.
cipijs curam. Non semper autem exor- cap. 4
dio vrebantur, sed in honestis, in pāuis c. Quint
tiam atque frequenibus causis ab ipsa re lib. 4.
omisso exordio incipiebant. Cicer. cap. 1.

De exordio in exornatione, & deliberatione De in-
C A P . VII. nent. 2

P Ræter ea, quæ exordio dicta in genus Rhet..
demōstratiuum facile trāsferri possūt ad Al.
illud est notādum: exordia in eo esse maxic. 31. &
mē libera, vt Aristoteles existimat. Nam *Quint*
& longe à materia duci, & ex aliqua rei libr. 3.
vicinia cap. 10

In par- vicinia possunt. In deliberatione vero sa-
tit. pe nulla vel brevia esse debent. Non enim
Quint supplex ut ad iudicem venit orator, sed hor-
libr. 3. tator, atque author. Quare cum principio
cap. 10. utetur, proponere, quam mente dicat, quid
 velit, quibus de rebus dicturus sit, debet,
 hortarique; ad se breuiter dicere audiendus.

De narratione.

C. A. P. VII I.

Arist. **N**arratio est rerum explicatio, & quae
libr. 3. dam quasi sedes ac fundamentum co-
 r*rh. c. 16* situ edae fidei. Oportebit autem eam tres
In par- habere res, ut breuis, ut aperta, ut proba-
tit. bilis sit: per quas efficitur, ut auditor in-
De in- telligat, men inerit, credat. Erit autem bre-
uet. l. 1 uis narratio, si constet simplicibus verbis,
ad Her. & semel unaquaque res dicatur. Tum c-
l. 4. c. 2. tiam si reciderimus omnia, quibus subla-
In part tis neque cognitioni quicquam: neque; vt-
Quint. litati detrahatur. Non tam inornata debet
l. 4. c. 1 esse breuitas, alioqui sit indocta. Erit au-
In par. tem perspicua, si verbis usitatis, si ordine
 temporum conseruato, si non interrupto
 narrabitur. Probabilis autem erit, si per-
 sonis,

sonis, si temporibus, si locis ea, quæ narrabuntur consentient si, cuiusque facti, & eveni causæ ponitur: si testata dici videbūtur: si cum hominū opinione, autoritate, si cum lege, cum more, cū religione cōiuncta: si probitas narrantis significabitur: si antiquitas, si orationis veritas, & vitæ fides. Ciceroni vehementer placet ut iucunda, & suauis sit narratio, cāque suavē esse narratō de tōne ait, quæ habet admirationes, expectationes, exitus inopinatos, quæ interpositos motus animorū, colloquia psonarū, dolo libr. 4. res, iracūdias, metus, lētitias, cupiditates. cap. 2.

Quando narratione vtendum sit.

C A P. IX.

I N iudicijs quando vtendum esset, aut non esset narratione, id erat cōsilij: Nec De oratione, si notares, esset, nec dubium erat, quid gestum esset, narratio adhibebatur, nec si aduersarius narrauerat, nisi si refellebatur. In exortatione vero narratio non erit vīta, quæ necessariō consequatur exordium, sed si qua inciderit, cū aliquid

Arist. eius, de quo loquemur, nobis narrandum
 sit cum laude, aut vituperatione, præcep-
Rhe.³ tio narrādi de hoc loco petitur. Nec mu-
 cap.¹⁶ tum sanè sæpe indeliberatione narrādum
Cicer. est: est enim narratio præteritarum rerum
Inpar. aut præsentium: suasio autē futurarū. Pri-
Quint uata certè deliberatio narrationē aūquā
 libr.³ exiget eius dūtaxat rei, de qua dicenda sē
 cap.⁸ tētia est, quia nemo ignorat id, de quo cō-
 sulit: extrinsecus possunt pertinentia ad
 deliberationē multa narrati. In cōcioni-
 bus sæpe est etiā illa, quæ ordinē rei de-
 cet, necessaria. Nunc ad confirmationem
 transcamus.

De confirmatione.

Arist.

C A P. X.

libr.³ S Equitur cōfirmatio, in qua suggesta
 , h.c.7. sunt firmamēta causæ coniuncta, & in
 De o- firmandis cōtrarijs, & nostris confirmā-
 rat. 2. dis, namq; vna in causis ratio quædā est
 De in- cius orationis, quæ ad probandā argumē
 uēt. 1. tationē valet: ea autē & cōfirmationē, &
 ad Her reprehēsionē querit. Sed quia nec repre-
 libr.¹ hēdi, quæ cōtradicūtur, possunt, nisi tua
 confirmes,

Confirmes, neq; haec cōfirmari, nisi illa reprehēdas, id cīrco haec & natura, & tractatione, & vtilitate cōiuncta sunt. Tota autē spes vincendi, ratioq; persuadendi in hac parte posita est. Nām cū argumēta nostra exposuerimus, cōtrariaq; dissoluerimus, absolute nimirū erit à nobis oratoris muneri satisfactū. Vtrūq; igitur poterimus cōmode facere si cōstitutionē causæ cognoverimus:

Quid sit status. C A P. XI.

STATUS est quæstio, quæ exprima causa *Quinti* rū conflictione nascitur, visit intētio ac *libr. 3.* cū cōsatoris: Sylla coniurasti cū Catilina? de *Status* pulsio verō defensoris: non cōiurauit: ex oratio-
hac prima cōflictione nascitur illa quæstio *uis pro* coniurauerit ne Sylla cū Catilina? quam *Sylla*. quæstionem vel statum, vel constitutionē oratores appellat. Status autē appellatio *Cicero* dicitur ducta vel ex eo, qđ ibi sit primus *in Top.* causæ cōgressus, velqđ in eo causacōsistat & in

Quot sint status. C A P. XII. part.

CVM tria sint, quæ in omni disputatio *Quin-* ne quærātur, sit nec ne, qđ sit, quale *tit. lib.*

sit: sit ut constitutiones quoq; tres sint. Prima coniecturalis, in qua, sit, nec ne, quæri mus, vt sit, nec ne insidiatus Miloni Clodius? secunda autem nominis vel finitionis, cum quid sit aliquid, & quo nomine afficiendū inuestigamus, vt Fuerit ne Iulius Cæsar rex, an tyrannus, an dictator? tertia in qua de utilitate, honestate, & quietate disseritur, de que his rebus, quæ his sunt cō-

Ad he. trariæ, vt, Recte ne fecerit Romulus cum
libr. 2. fratre interfecit? Eius constitutionis par-
de inu. tes sunt dux, quarum una absoluta, altera
I. 1. & assumptua nominatur. Absoluta est, cū
Quint. id ipsum quod factum est, vt aliud nihil fo-
lib. 7. ris assumatur, recte factū esse dicemus. Ea
cap. 5. est ejusmodi: Pater filium verberauit, is
 iniuriarū cum patre agit; pater nihil aliud
 defendit, nisi licere filiū à patre verberari.
 Assumptua est, cum aliquid necessariò fo-
 ris assumitur, vt rectè factum esse aliquid
 cōfirmemus: vt, Milo damnetur nisi foris
 assumat, à Clodio sibi esse factas insidias.
 Hæ tres cōstitutiones, & in exornatione, &
 in deliberatione, & in iudicio reperiuntur.

De ratione, firmamento, & iudicatione.

C A P. XIII.

Rationē appellāt oratores eā, quæ aī Cicer. fētūt à reo depellēdi criminis cau- in par. fa, quæ nisi esset, quod defēderet nō ad Her haberet: firmamentum autē quod contra lib. I, ad lab. factandā rationē refertur, sine quo de in- accusatio stare nō potest. Ex rationis autē uēt. l. I & firmamēti cōflictione, & quasi concur- Quint su, quæstio exoritur quædam, quām iudi. libr. 3. cationem appellat, in qua, quid dēueniat cap. 23 in iudicium, & de quo disceptetur, quæri solet, hoc modo: Orestes cum confiteatur se interfecisse matrem, nisi attulerit ratio- nē, peruerit defensionem: ergo affert eā: Illa enim, inquit, patrem meum occiderat. Tum contra rationem defēsoris firmamē tum ab accusatore subiicitur, hoc modo: Sed non abs re occidi tamen, neq; indem natam pænas pēdere oportuit. Ex cōflictione rationis & firmamēti iudicatio cōstituitur, hoc modo, Cum dicat Orestes se patris vlciscendi causā matrem occidisse,

rectū ne fuerit á filio sine iudicio Clite-
nestram occidi? Ergo hac ratione iudica-
tionem reperire conuenit, ad quam omne
rationem totius orationis conferri oport-
ebit. Nam primus status diffusam habet
Cic. in part. quæstionem, rationum verò & firmamen-
torum contentio adducit in augustum dis-
ceptationē. Ea in conjectura nulla est, ne-
mo enim eius quod negat factum, rationē
aut potest, aut debet, aut solet reddere.
Itaque in his causis eadem & prima quæ-
stio, & disceptatio est extrema.
Quo statu quæstio, quæ in scripto existit
continetur.

C A P. XIII.

Cic. in Topic. **S**æpe ex scripti etiam interpretatione
existit intērio, quod quatuor modis
potest cōtingere. Aut enim defendi-
tur nō id scriptū dicere, quod aduersarius
Quint vellit, sed aliud: id autem cōtingit cū scrip-
libr. 7. tū ambiguū est, vt duæ differentes sentē-
cap. 6. tiæ accipi possint. Tum opponitur scrip-
De in- to voluntas scriptoris. Tum scripo scrip-
tū cōtrariū affertur: aut ex eo qđ scriptū
est,

est, aliud quoq; , quod scriptū nō est duci
mus. Ita sunt quatuor genera, quæ contro-
uersiā in omni scripto facere possunt, am-
biguū, discrepantia scripti & voluntatis,
scriptura contraria, ratiocinatio. Ambi- Quin:
til.lib:
guū hoc modo. Testamēto quidam iussit 7.c. 10
poni statuam auream hastā tenentē : quæ
ritur, Statua hastam tenēs , aurea esse de-
beat, an hasta aurea in alterius statua ma-
teriæ. Ex discrepantia verò scripti & vo- Idē lib
lūtatis eiusmodi oritur, controuersia. Lex 7.ca. 7.
est, Peregrinus si murū ascenderit , capite
puniatur:cū hostes murū ascēdissent, pe-
regrinus eos depulit, petitur ad suppliciū Idē lib
ille volūtatē allegat scriptoris. Ex cōtra- 7.ca. 8.
rijs scripturis hoc modo existit cōtētio: lex est, Vir fortis optato præmiū, quod vo-
let: & altera lex est, Magistratus ab arce ne
discedito: Magistratus qui fortiter egit,
optat hoc præmiū, vt ab arce liceat disce-
dere: lex illi posterior opponitur, ipse vero
priore se tuetur. In ratiocinatione verò
quæritur, an ybi propria lex nō est, simili Idē lib
sit utēdū? vt lex est, lanas Tarento vehere 7.ca. 9.

non liceat: quidā oves vexit, & si nulla lex certa est, quae factū cius nominatim prohibeat, tamen illa, quae similis est, accusatur. Itaq; ex eo, quod certū est, id, quod incertum est ducit hæc cōtreuersia: quod quoniā ratiocinando fit, nomen etiā ratiocinationis accepit. Hæc quatuor cōtreuersiarum genera, quæ in scripto nascentur, semper in qualitatib; statū cadere cum Cic. debemus existimare, ut in primo genere status sit, Vtram æquum sit ex differentibus sententijs accipi: in secūdo vero, Verba ne plus, an sententia valere debeant, intertio.

Vtram legem se qui sit iustius: in quarto, Oporteat ne legē similē ad factum, quod venit sine lege in iudicium, accommodare.

Quomodo status tractetur.

C A P. XV.

De in- **I**udicatio cum est constituta, proposita uēt. l. 7. esse debet oratori, quo omnes argumē-
Quint. tationes repetitae ex inueniendi locis cōj-
libr. 3. ciātur, quod satis est ei, qui videt, quid in
cap. 13. quoq; loco lateat, quicq; illos locos tāquā

thesauros aliquos argumētorum notatos
habet. Quibus in mēte, & cogitatione de
fixis, & in omni re ad dicendum posita ex De orā
citatīs, nihil erit quod in ullo dicēdi gene- tor. 2
re oratorem possit effugere. Diligēter tamē ordinem, collocationēque argumēto-
rum attendet, & curabit, ut firmissimum
quodq; sit primum, dum ea, quae excellāt,
seruentur ad extremum, si quae erunt me-
diocria (nam vitiosis nusquam esse oportet
locum) in medium turbam conijcantur.
Reliquum nunc est, quando de argumen-
torum locis & causā sua cōstitutionibus
dictum est, ut rationē, qua expoliuntur ab
oratore argumēta, quorum propria sedes
est in confirmatione, accuratē doceamus.

*De argumentatione.**C A P V T. XVI.*

ARgumentatio est argumenti vel ex-
plicatio, vel artificiosa expolitio. Sed
ea cōficitur cū ex locis, de quibus superio-
ri libro dictū est, aut certa, aut probabilia
sumpseris, ex quibus id efficias, quod aut
dubiū, aut minus probabile per se videtur
dubijs

Arif.

libr. 2.

Rhet.

cap. 6.

Cic. in-

part.

Cicer

l. 1. de

ins. 1.

Idē lib *s.e.10* *dubijs enim probari dubia quomodo pos-*
sunt? Pro certis autē habemus primū, quæ
sensibus percipiuntur, ut quæ videmus, au-
dimus, deinde ea, quæ communi hominū
opinione, atq; sententia sunt cōprobata:
ut afficiēdos esse honore parentes. Præte-
re, quæ legibus cauta sūt, quæ persuasio-
nē, si nō omniū hominū, e ius certē ciuita-
tis aut gentis, in quā res agitur, in mores
recepta sunt. Si quid inter vtrāq; partē
conuenit: si quid probatū est, deniq; cui-
cūq; aduersarios nō cōtradicit. Probabi-
līū autē genera sunt tria, vnū firmissimū,
quod ferē accidit, ut liberos à parentibus
amari: alterum velut propensius, cum qui
rectē valeat, in crastinum peruenturum:
Tertium tātum nō repugnās, in domo fur-
tum factum ab eo, qui domi fuit. Ad pro-
bādūm verò id, quod est dubium, hoc mo-
do id, quod probabile est potest adhiberi,
sit dubium, an Catilina cōiurauit, sumatur
illud, quod credibile est. Homines æris alie-
ni magnitudine oppressos, eos deniq; egē-
tes, & sumptuosos, facile adduci, ut cōiu-
erent:

rent: Iam id quod dubium erat, efficitur probabile: Catilinam coniurasse. Sed hæc oratores nō tenuiter more dialacticorum, sed copiosissimè expoliūt. Dicitur autē illa argumenti expositio argumentatio, de cuius quatuor partibus ratiocinatione, inductione, entymemate, & exemplo breuiter & enucleatē differemus.

De ratiocinatione.

C A P. XVII.

Ratiocinatio, quā & syllogismum, & epicherema Græci vocāt, cōstat pro-
positione, cum qua eius ratio iungitur, de
inde assumptione & eius probatione, pos-
tremo cōplexione. Propositio est, per quā
breuiter locus is exponitur, ex quo omnis
vis oportet, emanet ratiocinationis. Pro-
positionis verò approbatio est, per quam
breuiter id, quod expositū est, rationibus
firmatū probabilius, & apertius fit. Assūp-
tio, per quā id, quod ex propositione ad
ostēdēdum pertinet, assumitur. Assump-
tionis approbatio, per quam id, quod bre-
uiter sumptum est, rationibus firmatur.

Com-

Cōplexio, per quā id, quod conficitur ex
omni argumētatione breuiter exponitur;
hoc modo, sit propositio: Melius gubernā-
tur eis, quæ consilio geruntur, quam quæ
sine consilio administrātur, deinde subij-
ciatur ratio, Exercitus enim is, cui præpo-
sus est sapiens imperator omnibus par-
tibus commodius regitur, quām is, qui
stultitia & temeritate alicuius administra-
tur: Assumptio deinde ponitur, Nihil au-
tem omnium rerum melius, quām omnis
mundus administratur. Assumptioni pro-
batio adiungitur; Nam & signorum obi-
tus, & ortus definitum quendam ordinem
seruant, & annuæ commutationes non
modo semper eodem modo sunt, verum
ad utilitates quoque rerum omnium sunt
accommodatæ. Tertio loco inducēda est
complexio, quæ id infert, quod ex superio-
ribus partibus cogitur hoc modo, Cōsilio
igitur mundus administratur; Hęc vbe-
rius & doctius dicuntur in oratione, sed
præcipiendi ratio hanc simplicem, & aper-
tam breuitatem requirit.

Quot

Quot sint partes ratiocinationis.

C A P. XVIII.

EX supradictis manifestum est, nihil referre siue tripartitam, siue quinque *Cic. lib.* partitam putas esse hāc argumētationem. *I. de in-* Cōmodior tamē illa partitio videtur esse *uent.* quæ in tres partes distributa est, quod sit si *Quint.* propositionem & eius rationem vnam par *libr. 5.* tem existimemus: alterā verò assumptio *cap. 14.* nem, & eius exornationem: at si separas propositionem à ratione, & assumptionē ab exornatione, in quinqup;^{ta} partes distributa erit. Cū propositio ex se intelligitur, sine *Cic. de* ratione assumendi est. Assumptio etiam *inuenit* cū perspicua est, nullius approbationis in diget. Quod si & propositio, & assumptio perspicua sint, utrāque approbatione præte *Cic. in-* rita ratiocinationē cōficiemus hoc modo *patt.* Sūmopere virtus expetēda est: At prudē- *libr. 1.* tiam esse virtutē in confessō est; Sūmope *de ihesu-* re igitur prudentia expetenda est; Vitare autem similitudinē, quæ sarietatis est ma- ter poterimus non semper à propositione

ord: en-

ordientes, sed interdum à complexione,
ab assumptione nonnunquam.

De Enthymemate.

C A P. XIX.

Arist. **E**NTHYMEMA est imperfectus syllogismus^c vel ut alij difiniunt, syllogismi
libr. I. pars. Ratiocinatio enim tripartita est, ex
vh c. 4. tribus igitur eius partibus si una præterea
Quin. tur, bipartita fit argumentatio, quæ est en
til. lib. thymema, ut, Omnes artes sunt experten-
s. c. 10. s, igitur expertenda est eloquentia. In
& 14. telligitur enim assumptio. Propositione
verò præterita fit enthymema, hoc modo;
Eloquentia est ars: igitur est expertenda.
Optimum autē videtur enthymema quod
Quint. fit ex pugnantibus, quod etiam solum en-
lib. thymema quidam vocant, non quod non
cap. 14. omnis argumentatio bipartita proprio no-
mine enthymema dicatur, sed ut Home-
Cicer. rus propter excellētiā cōmune poetarum
Ist. Top. nomen effecit apud Græcos suum, sic cūm
ōnis argumentatio bipartita enthymema
dicatur, quia videtur ea, quæ ex cōtrarijs
cōficiatur, acutissima, solapropriè nomē

com.

commune possidet. Eius generis est illud
 Cie. Eius igitur mortis se detis vltores, cu
 ius vitam si putetis per vos restituui posse,
 volitis? Et illud M̄cipsæ ad Jugurtham
 apud Sallustium. Quem alienum fidum In Ing.
 inuenies, si tuis hostis fueris? Enthymema
 te saepius videntur oratores, quam ratioci-
 natione: quod mouit Aristotelem, ut en- Lib. 1.
 thymema syllogismū oratorium esse di- Rhet.
 cicer. cap. 2.
 cicer. Enthymema Quintilianus cōmen- & li. 1.
 tum, aut commentationem interpretatur, post c. 1.
 quo nomine cū possint omnes animi co- Lib. 5.
 gitationes significari, argumētatio bipar- cap. 10.
 titia signatur. Alij propter ea credunt bi-
 partitam argumentationem enthyphema
 appellatam, quod in animo maneat condi-
 ta illa pars, quæ silentio est praterita.

De inductione.

C A P. X X.

I nductio est oratio, quæ rebus nōdubījs Cicer.
 captat assētionem auditorum, quibus libr. 1.
 assētionibus facit, ut illis dubia quædam De in-
 res propter similitudinem earum rerum, uent.

Q

quibus

quibus assenserint, probetur: vel, Inductio iō

In Top. est argumentatio, quae ex pluribus collationibus peruenit, quo vult, hoc modo: Quod

Quint. pomum generosissimum? puto quod opt. lib. 5. mūm. & equus? qui velocissimus: & plu-
cap. 12 ra eundem modum. Deinde: cuius rei

gratia illa proposita sunt: Ita hominum, non qui claritate nascendi, sed qui virtute maximè excelleret, erit generosissimus. Hoc

Arist. genere argumentationis plurimum So-
lib. 13., crates usus est, propterea quod nihil affer

Meta. re ad persuadendum volebat, sed ex eo,
cap. 4. quod sibi ille dederat, qui cum disputabat

Cic. de aliquid cōficere malebat: quod ille ex eo,
in hēc quod iam cōcessiet, necessariò approbare

debebat. Sed in oratione perpetua dissimile est. Etenim sibi ipsi respōdet orator.

Poetæ vehementer inductione delectātur: Virgilius inducit Aeneam à Sybilla petētem, ut iter doceat ad patrem oratione fictis, illa quidem fabulis plena, sed qua nihil esse possit, vel blandius, vel magis artificiosum: in qua bæc est inducțio.

Si
audiup

Si potuit manus arcessere coniugis Orpheus,
 Threicia fretus ait Kara, fidibusq; canoris:
 Si fratrem Pollux alternam morte redemit,
 Itq; reditq; viam roties. Quid Theseas magnū
Quid memore alcide? & migenus ab Ioue sumo
 Sed maximē omniū cā frequētavit Ouidius,
 apud quē & multa & p̄æclara sunt
 exēplā: nos vno erimus cōtēti. Probat ille
 ad cōsolādā vxorē hac inductione, asperas
 res & tristes segētē, ac māteriā esse gloriæ
 Materiamq; tuis tristem virtutibus imple

Ardua per præceps gloria vadit iter.

Hectora quis noſet, felix si Troia fuisset?

Lib. 6.

Aenea,

Publica virtutis per mala facta via est.

Ars tua Tiphys iacet, si nō sit in aquore fluctus

Si valeant homines, ars tua Phœbe iacet.

Quæ latet, inq; bonis cessat non cognita rebus

Trist. l.

ele. 3.

Apparet virtus, arguiturque malis.

Hec ingenero duo sunt diligenter cauēda,

primum ut illud, quod inducēmus pro similitudine, eiusmodi sit, ut sit necesse cōce

di. Deinde ut illud, cuius confirmandi cau

sa fiet inductio, simile ijs rebus sit, quas

res quasi non dubias ante induxerimus.

De exemplo.

C A P. XXI.

Arist. **E**xemplum est induc^{tio} imperfecta , vel
Rhet. I. quod idem est , Inductio Rhetorica.
Cicero pro Milone. Negant: intueri lucē
ca. 2. & esse fas ei, qui ab se hominem esse occisū
libr. 2. fateatur: in qua tādem vrbe hoc homines
cap. 20. stultissimi disputant? nempe in ea, quæ
Quint. priōrum iudicium de capite vidit M. Ho-
libr. 5. rati fortissimi viri, qui nondum libera ci-
cap. 11. uitate, ramen Po. Rom. comitijs liberatus
 est, cum sua manu sororem esse imperfectā
 fateretur. Aliqui Aristotelem summum
 in omni scientia virum, temere ausi sunt
 reprehēdere, quod exēplum genus argu-
 mentationis fecerit: sed magnus ille vir,
 & acuta mente prædictus, maius quiddam
 perspexit: nimirum exemplum esse argu-
 mentum quidem à simi studine, sed in ar-
 gumētatione positum efficere nouum ar-
 gumentationis genus, quod à ratiocinatio-
 ne, & inductione sine controversia differt.
 Enthymema autē esse non potest, cum in
 enthy memate sēper generale aliquid vel
 pona-

ponatur, vel intelligatur: in exemplo vero ex una re singulari alia inducatur. Vnde fit ut si; quartum argumentationis genus quod ea ratione ab inductione separatur, qua enthymema a syllogismo disiungitur.

De Epicheremate.

C A P. XXXII.

Quemuis augmentationis partes omnes sint tam expositæ, tamen operæ pretium fuerit, quid epicherema, quid Sorites, quid Dilemma sit, explicare. Nam authores, & quidem grauijimi eorum mentione fecerunt. Ea ubi explicata fuerint, facile intelligitur, cur nouæ argumentationis partes non debeant existimari. Epicherema igitur Græci aliquando argumentationem vocant, non nonquam eam argumentationis partem, quam Cicero rationicationem appellavit, de qua postulò ante dictum est. Aliquando etiam pichera-
ma vocat breuiter comprehendens rationicationem, cuius omnes partes in unam conser-
runtur, hoc modos. Sine causa dominū ser-
uus accuset? Similis enim est locus apud

Quint
libr. 5:
cap. 14

Ciceronem pro rege Deotaro, quē seruū apud Cæsarem accusabat; En crimen, en causa, cor regem fugitiuus, dominum servus accuset. Vbi vehemens argumentum Epichæremate inclusum & iuolutū est. Erit autem absolute ratiocinatio si hoc modo euolueris; Sine causa nō debet dominum seruus accusare; hic medicus est seruus Deiotati; nō igitur debet sine causa dominum accusare.

De Sorite.

C A P V T X X I I .

Sorites contra multas argumerationes saceruā: im cōuoluit, atq; cōpleteatur, vnde nōmē etiā inuenit. Cicero scripsit de eo in libro de diuinatione his verbis; Si necessis sit, inquit, Latino verbo liceat, saceruale appellare; sed nihil opus est; vt enim ipsa philosophia & multa verba Græcorum, sic sorites saevis Latino sermone tritus est. Pulchrum in primis est eius exemplum apud eundem Ciceronem; Atque si etiam hoc natura præscribit, vt homo homini quicunq; sit, ob eam ipsam causam,

quod

quod is homo sit, consultum velit; necesse est secundū eandem naturam, omnium, uti litarem esse cōmūnē. Quod si ita est, vna continemur omnes, & eadē lege naturæ; idq; ipsum si ita est, certè violare alterū lege naturæ prohibemur; verum autem primū n, verum igitur, & extremum. Sed apertissimè concludit sorites ille, qui est in quinta Tusculana, propositū enim erat *In 5.* probare. Quod esset honestum, id solum *Tuscul.* esse bonū, id autem sic probat. Et enim quidquid sit, quod bonū sit, id expetendum; quod autem expetendum, id certè approbandum, quod vero approbandū, id gratum, acceptumq; habendum; Ergo etiam dignitas cōtribuenda est. Bonum igitur, omne laudabile. Ex quo efficitur, ut quod sit honestum, id sit solum bonum. In quo sorite cum per sex quasi gradus ad complexionem perueniat, quinq; ratio cinationes inclusæ sunt. Sed hoc argumentandi genus sāpe solet esse fallax atq; captiosum, dum enim minutatim & gradatim multa adduntur, periculofissima *Cit. in Acad.*

respondenti tela tex:tur , retexere igitur
 oportet,& seorsum singula cōsiderare, sic
 facilius vniuersa frangentur. In hoc dis-
 Persius putandi genere frequētes fuerunt Stoici,
 Saty. 6. & Zeno qui eorum inuentor, & princeps
 fuit. Sed maximē omniū illo delectatus oī-
 citur Chrysippus, vt Socrates inductione.

De Dilemmate.

C A P V T . X X I I I .

*De ins-
uient. I.* **D**ilemma est, in quo utrum cōcesseris
*De ora-
tor. 2.* reprehenditur. Cicero patr iam cum
*De ins-
uict. l. 1.* Catilina sic agentem inducit: Quam
 obre discede , atq; bunc mihi timore cri-
 pe: si verus, ne opprimar; si falsus, vt tan-
 dem aliquando timere desinam. Et in epis-
 tola ad Quintum fratrem. Si implacabiles
 sunt iracundiae, summa est acerbitas. si au-
 te exorabiles, summa leuitas. Dixum est
 autem dilemma, quod ita utrinq; premat,
 ac urgeat, vt ex altera parte capiat aduer-
 sarium, qua de causa cornutus etiam syllo-
 gismus vocatur: sic enim argumentatio-
 nis cornua in eo disponuntur, vt qui alte-
 rum effugerit, in alterum incurrat. Cicero

com-

complexionem appellat. Ea si vera est, nū
quam reprehendetur: sin falsa duobus mo-
dis diluetur, aut conuensione, aut alteri-
us partis infirmatione. Cū videre, inquit
Varro apud Ciceronē, philosophiā Græ-
cis literis diligentissimè explicatam, existi-
maui, si qui de nostris eius studio teneren-
tur, si essent Græcis literis eruditī Græca
potius, quam nostra lecturos sin à Græco-
rum artibus & disciplinis abhorrerent,
ne hæc quidem curaturos, quæ sine erudi-
tione Græca intelligi non possunt: Itaque
ea scribere nolui, quæ nec in docti intelli-
gere possent, nec docti intelligere curarēt.
Hoc dilemma deinde Cicero in eum con-
uertit, hoc modo: Imo verò & Latina le-
gent, qui Græca non potuerunt, & qui
Græca poterunt, non cōtēnent sua. Vete-
rum scriptis celebrata est cōuersio ea, qua
Euatus discipulus Protagoræ præcepto-
ris dilemma elufit. Alterius partis infirma-
tione reprehenderetur, si diceret Cicero:
Et si doctis minus esset necessarium, tamē
in doctis latine scribendo consuli debere.

Non est autem, cur quisquam existimet
complexionē genus esse argumentationis
à quatuor illis, de quibus supra dixi, di-
uersū. Est enim ratiocinatio imperfecta,
quæ à duobus partibus contrarijs ducitur,
cui si assumptionem subiuxeris, efficies
ratiocinationem perfectam, hoc modo. Si
implacabiles sūt iracundiae, summa est acer-
bitas; sin autē exorabiles, summa leuitas;
Sed vel implacabiles sunt iracundiae, ve-
exorabiles; igitur in illis summa est acer-
bitas, vel summa leuitas.

De Confutatione.

C A P V T. X X V.

Expositis generibus argumentationis,
relinquum est, ut rationem, qua refu-
tandæ ac reprehendendæ ille sunt, osten-
damus. Refutatio dupliciter accipi po-
Quint. test. Nam & pars defensoris tota est posi-
libr. 4. ta in refutatione; & quæ dicta sunt ab ad-
cap. 13. uersario debent vtrinque dissolui, & hæc
est propriè reprehensio, quā cum confir-
Cic. lib matione, vsu, & natura, & tractatione eō-
de o- iūctam esse diximus. Est autē reprehensio,
rator. per

per quam argumentando aduersariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut ele-
vatur. Hæc fonte inuentionis eodem vte-
tur, quo vtitur cōfirmatio; propterea quod
quibus ex locis aliqua res confirmari po-
test, ijsdem potest ex locis infirmari. Qua-
re inuentionem & argumentationum ex-
positionem sumptam ex illis, quæ anic-
præcepta sunt, hanc quoque in partem o-
rationis transferri oportebit. Sed ut fa-
cilius ea, quæ contradicentur, diluere, aut
infirmare possimus, obseruare debemus,
aut totum esse negandum, quod in argu-
mentatione aduersarius sumpserit, si pers-
picuè falsum erit, ut Pro Cluentio Cicer.
eum, quē dixerat accusator epoto peculo
concidisse, negat eodem die mortuum, aut
redarguēda esse ea, quæ pro verisimilibus Cicer.
sumpta sunt. Primum dubia sumpta esse in par-
pro certis, deinde etiam in perspicuè falsis
eadē posse dici. Tum ex ijs, quæ sumps-
erint non effici, quæ velint. Accedere autē
oportet ad singula, sic vniuersa facilius
frangentur.

De in-
uēt, l. i.

Quint
libr. 1.

cap. 13.

Quo

Quomodo sint argumentationes orationis tractande.

C A P V T, XXVI.

*Arist.**libr. 3.**rh. c. 17**Quint.**libr. 5.**cap. 14.*

IN oratione insunt aliquando, & rati-
cationes breviter conclusæ & aperta-
enthymemata, & inductiones, atq; exépla
subtili quadam & breui oratione compre-
hensa. Quod ut reprehendendū nō est, ita
diligētissimē est curandū, ne syllogismo
rū, & enthymematu turbā cōfert: a orati-
fit: dialecticis enim disputationibus, quā
oratorijs actionibus erit propior ac simi-
lior, quod lōgē aliter esse debet. Locuples
enim & speciosa vult esse eloquētia: quo-
rū nihil cōsequetur si conclusionibus cer-
tis & crebris, & in vnam prope formā ca-
dentibus cōcisa, & cōtēptū ex humilitate,
& odium ex quadam seruitute, & ex co-
piā satietatem, & ex amplitudine fastidiū
tulerit. Feratur igitur nō semitis, sed cam-
pis: nō ut fôtes angusti fistulis coliguntur,
sed ut latissimi amnes totis vallibus fluat:
ac sibi viā, si quando nō acceperit, faciat

*Cic. in
part.*

Ad

Adhibetur in argumentando varietas, &
fucunda quædam distinctio: figuris ver-
borum, & ornamentis sententiarū argu-
mētatio expoliatur. Quo fuerit enim vbe-
rior, ac suavior, eo etiam ei sit credibil or.
Nūc sequitur ut de peroratione dicamus.

De peroratione,

C A P V T, XXVII,

EXtrema pars orationis est peroratio, *Aristot*
quæ diuisa est in duas partes, amplifi- *libr. 3.*
cationem, & enumerationem: *Augendi Rhet.*
autem, & hic est proprius locus in pero- *cap. 19.*
rando, & in ipso cursu orationis declina- *Cicer*
tiones ad amplificandū dantur, cōfirmata *Inpar.*
re aliqua aut reprehēsa: *Omnes enim affe* *Quint*
Etus etiā si quibusdā videntur in proœmio *libr. 6.*
atq; peroratione sedem habere in quibus *cap. 1.*
sanē sunt frequentissimi, tamē aliæ quoq;
partes recipiunt, sed breuiores, vt cum ex
his plurima sint reseruanda. At hic si vſ-
quam totos eloquēriæ aperire fôtes licet:
hic denique efficiendum est oratori, vt nō *De o-*
modo auditores qui sua sponte sedant, & rat. 2.
quo impellit ipse, inclinat atq; propêdēt,
penitus

penitus incitetur, sed ut quietos etiam &
languentes possit vi orationis permouere.
In quo & si plus est operis, tantam vim ha-
bet tamen illa, quæ recte à bono poeta di-
cta est Flexanima, atq; omnium regna re-
rum oratio, ut non modo inclinantē erige
re, aut stantē inclinare, sed etiam aduer-
fantem & repugnantem, ut imperator bo-
nus, ac fortis, capere possit. Quod usque
eo magnum est atq; preclarum, usq; eo ad

*Cic. de
Orat. 2.
Quint.
libr. 6.
cap. 2.*

mirabile, ut in eo penè sint omnia. Ad id
autē consequēdū, quæ superiore libro de
amplificatione dicta sunt, valde cōducūt:
Sed illud caput est, in quo optimi & gra-
uissimi autores vna voce consentiunt, ut
omnes animi motus, quos orator adhibe-
re voleat auditoribus, in ipso oratore im-
presi sint atq; invisi. Neq; enim facile est
perficere ut incitetur alij nisi is, qui dicit,
ijs ipsis sensibus, ad quos illos adducere
vult, permoueatur. Ut enim nulla materi-
estā facilis ad exardescendum est, quæ ni-
si ad moto igni, ignē concipere possit: sic
nulla mens est, tā ad cōprehendendā vim
oratoris.

Oratoris parata, quæ possit incédi, nisi inflamatus ipse ad eam, & ardēs accesserit. Primum est igitur ut apud eum, qui dicit, valeant ea, quæ valere apud auditores vollet: afficiatur quicquid priusquam afficeretur conetur. Nihil autē opus est simulatione & fallacijs, ut toties omni animi motu concitetur orator. Ipsa enim natura orationis eius, quæ suscipitur ad aliorū animos per mouendos, oratoriē ipsum magis eiā quam quēquam eorum, qui audiuit, permouet: Mirā etiā vim habēt in hoc ipsum imagines rerum absentium ita complecti animo, ut eas cernere oculis, ac præsentes habere videamus, has quisquis bene conceperit, is erit in affectibus potētissimus.

Hæc, quæ dicta sunt, vera esse indicant multæ Ciceronis perorationes, ut pro Milone, vbi ait; Sed finis sit; neq; enim prælachrymis iam loqui possum, & hic se lachrymis defēdi vetat. Et pro C. Rabirio Pro Ci- Posthumo; Sed iam quoniam, ut spero, cer. Ra- fidem, quam potui, tibi præstisti Posthu- birio me, reddam etiam lacrymas quas debeo. Posthu-

Quint.
libr. 6.
cap. 3.

Pro Mi-
lon.

Et mo.

Eccl paulo post : Iam indicat tot hominum
fletus , quām sis charus tuis , & me dolor
debilitat, includitq; vocem. Alijs autē affe-
ctibus, aliæ eiusdem petrorationes sūt ple-

Cic. in næ. Enumeratio autē non unquam lauda-
In part tori, suasori non sāpe , accusatori sāpius,

quām reo est necessaria : Huius tempora
duo sunt si aut memoriæ diffidas eorum
apud quos agas, vel interuallo tēporis, vel
lōgitudine orationis, vel si frequētatis fir-
mamentis vim est habitura causa maiore:

Quæ autem repetimus, quām breuissimē
dicēda sunt , & quod Græco verbo patet,
decurrendum per capita: Nam si morabi-
mur, non iam enumeratio, sed altera quasi

Quint. fiet oratio: Quæ autē enumeranda erunt,
libr. cum pondere aliquo dicenda sunt , & ap-
cap. r. tis excitanda sententijs , & figuris utique
varianda : alloqui nihil est odiosius recta
illa repetitione, velut memoriæ auditorū

Cicer. diffidentis: Est etiam in enumeratione vi-
In part tandem , ne ostentatio memoriæ suscep-
ta videatur esse puerilis.

DE ARTE RHETORICA. LIB. III.

De Elocutione.

C A P V T . I .

PO X I M O Libro ratio
inuenta collocandi atque dis-
ponendi explicata est. Hic ja
elocutionis rationem tracta-
bimus, in qua oratorem ex-
cellere, cætera in eo latere indicat nomē
ipsum. Non enim inuentor, aut composi-
tor, aut actor hæc complexus est omnia,
sed Græcè ab eloquendo Rhetor, & La-
tinè eloquens dictus est. Cæterarū enim
rerum, quæ sunt in oratore partem aliquā
fibi quisque vendicat, dicēdi autem, id est,
eloquendi maxima vis huic soli concedi-
tur. Eloqui autem est, ea, quæ inuenieris
idoneis verbis, ac sententijs periphere,
exornare, sine quo superflua sunt prio-
ritatisib

*Cic. in
Orat.*

*Quint.
ub s. in
proemio*

ra; & similia gladio condito atque intra
vaginam hæc éti. Hoc itaque maximè do-
cetur; hoc nullus nisi arte assequi po-
test: huc studium adhibendum: hoc ex-
ercitatio petit, hoc imitatio, hic omnis æ-
tas consumitur: hoc maximè orator ora-
tore præstantior. Ideoq; M. T. inuenio-
nē, quidem, ac dispositionē prudentis ho-
minis putat, eloquentiam oratoris. Eum
autē eloquentem, idest, in eloquendo ex-
cellentē putat, qui ita dicit, ut probet, ut
delectet, ut flectat. Sed probare necessita-
tis est, delectare suavitatis, flectere verò vi-
ctorię. Hæc cum ita sint, merito tertius
hic liber, qui elocutionis præcepta cōriat
ut duobus superioribus utilior est, sic etiā
erit aliquanto longior.

Ariſt.

3 r̄het.

capit. 4

3 de or

Quint.

l. i. c. 9.

& libr.

cap. I.

Que in elocutione spellanda sunt.

C A P V T . II .

Hæc in elocutione spectanda sunt, ut
latinè, ut planè, ut ornatè, ut ad id,
quodcūque agetur aptè, congruenterque
dicamus.

dicamus. De ratione puri, dilucidique ser-
monis, & si per magni eam facere debe-
mus, cum verborum delectus origo sit elo-
quentiæ, locus hic præcipiendi nō est. Nā
traditur literis, doctrinaq; puerili, & con-
suetudine sermonis quotidiani, & electio-
ne veterum oratorū, & poetarum confir-
matur. Reliquas igitur duas partes, qui
bus omnis admiratio ingenij, omnis laus
eloquentiæ continetur, expl. cemus. quæ
duæ partes, illustrandæ orationis actotius
eloquentiæ cumulandæ, quarum altera di-
ci postulat ornatę, altera aptę, hāc habēt
vīm, vt si quām maximè iucunda, quām
maximè in sensus eorum, qui audiunt, in-
fluat, & quām pluri mis sit rebus instruēta.

De ornatu.

C A P V T. III.

O Rator igitur oratio genere primū,
& quasi colore quodā & succo suo, Arist.
nā vt grauis, vt suavis, vt erudita sit, vt li- 3. reb-
beralis, vt admirabilis, vt polita, vt sensus capit. 7
vt dolores habeat quantum opus sit, non est 3. De
singulorum articulorū, in toto spectantur orator.

hæc corpore. Genus igitur dicēdi est eligē
dū, quod maximè teneat eos, qui audiēt,
& quod nō solū delectet, sed etiā sine sa-
ti-tate delectet. Sed volēti ornatè dicere
diligētissimè sylua rerū primū, sententia-
rūque cōparanda est. Rerū enim copiaver-
borum copiā gignit, & si est honestas in re-
bus ipsis, de quibus dicitur, existit ex rei
natura quidā splēdor in verbis, facileq; sup-
peditat omnis apparatus, ornatusq; dicēdi

De ornatn orationis.

C P V T. IIII.

Cice. 8. de orat in part. Quiat. l. 8. c. 3. **O**Mnis oratio cōficitur ex verbis quo-
rum primū nobis ratio simpliciter vi-
de orat dēda est; deinde cōiuncte. Nā est quidā or-
natus orationis, qui ex singulis verbis est,
alius, qui ex continuatis cōiunctisque cō-
stat. Ergo vtemur verbis, aut ijs quæ pro-
pria sunt & certa quasi vocabula rerum pe-
nè una pata cū rebus ipsis, aut ijs quæ no-
uamus & facimus ipsi.

3. de or In part. Quint. l. 8. c. 3 **D**e verbis simplicibus. *C A P. V.*
VErba simplicia natura sunt, alia cō-
sonantiora, grādiora, leuiora, & quo-
dammo-

dammodo nitidiora, alia contra. Consonātiora et sim sunt, quāquam, moderatio, & concertare, quam, & si, modestia, & cōfingere. Grādiora immanis, cōtrucidare, optimus, officiosissimus, quā hæc, magnus, necare, bonus, officiosus. Nitidius etjā bos, quām vacca, Ut syllabæ auē è literis melius sonantibus clariores sunt: ita verba è syllabis magnis vocalia; & quo plus quæq; spiritus habet, eo pulchrior; & quod facit syllabarū, idē verborū quoque inter se copulatio, ut aliud alij iunctū melius sonet. In vniuersumquidē optima simpliciū creduntur, quæ aut maximē exclamāt, aut sono sunt iucūdissima. Et honesta quidē turpibus potiora semper, nec sordidis vñquā in oratione erudita locus. Clara v. rō, ac sublimia materia modo cernēda sūt. Qđ enim alibi magnificentum, tumidum alibi; & Cic. & quæ humilia circa res magnas, apta circa Quint. res minores vidētur; & sicut in oratione ex Arinītidia notabile est humilius verbū, & vct. 3 lut macula, ita à sermone tenui sublime, Rhetor nitidūque discordat, si que corruptū, quia l. 3 ca. 7

in plano tumet. Sed scilicet aurium quodam iudicio sunt ponderada, in quo consuetudo etiam bene loquendi valeretur plurimum. Sed quoniam tamen sunt in verbo simplici, quae orator afferat ad illustrandam, atque exornandam orationem, aut inusitatum verbum, aut nouatum, aut translatum de singulis breviter dicamus.

De verbis inusitatis.

C A P V T. VI.

3. *De verbis inusitatis.* Nusitata sunt prisa ferre, ac vetusta, & orator. ab usu quotidiani sermonis iam diu intermissa, quae sunt poetarum licetia liberiora, quam oratorum, eoque ornamento acerrimi iudicij. P. Virg. unice est usus, Olli enim & quia nam, & pone, pellucent, & asperguunt illam, quae etiam in picturis est gratissima, vetustatis inimitabilis arti autoritatem. Habet etiam in oratione poeticum aliquod verbum dignitatem, si raro etiam & in loco adhibetur. Neque enim est, cur illud quisquam fugiat dicere, vi Caelius, sobilem, aut effari, aut nuncupari, & alia multa: quibus loco positis grandior, atque antiquior oratio saepe videri solet.

De

De verbis nouis. CAP. VII.

NOuantur autē verba, quæ ab eo, qui 3. *De
orator.*
dicit, ipso gignuntur, ac fiunt, aut si-
militudine, aut imitatione, aut inflexione,
aut adiunctione verbosū. Similitudine: ut
syllaturit, à Cicerone formatum est, & ab
Asinio, fimbriaturit, ad similitudinē verbi
proscripturit: & à Livio, sobolescere, ab
Horatio, iuuenescere, à Virgilio lētescere *Dec. 3.*
& ignescere dictū est, ut feruescere. Imita- *libr. 9.*
tione facta sūt tinnio, rugio, clāgor, mur- *Libr. 4.*
mur, aliaq; permulta. Inflexione, ut à bibo *car. ode.*
bibosus, inflexit Laberius *Mimographus. 7.*

Adiunctione versu: illoquus, & expeccio- *Georg.
rare, nouauit Ennius. Sed Græcis magis 1. & Ae-*
concessum est fingere, audiendū tamen ali- *neid. 9.*
quando, & si quid periculosius fixisse vi- *Quint.*
debitur, quibusdā remedijs præmunien- *I. 8. c. 3.*
dū est, Ut ita dicam, Si licet dicere. Quo-
dāmodo. Permitte mihi sic dicere. In quo
nō falli iudicium nostrū, solicitudine ipsa
manifestū erit. Nunc quoniam de verbis
invicatis & nouis dictū est, de tropis, nam
illis verba transferuntur, exponamus.

De Tropis. CAP. VIII.

*Quint.**l. 8 c. 6.**& l. 9**capit. 1*

Tropus est verbi, vel sermonis à propria significacione in aliam cū virtute mutatio: ut cū dicimus, lætas segetes, verbum lætus, à propria significacione, quæ lætas homines dicimus, ad segetes cū virtute transfertur. Sunt autem tropi numero vndeclim. In uno verbo septem, Metaphora, Synecdoche, Metonymia, Antonomasia, Onomatopœia, Catachresis, Metalepsis. In oratione vero quatuor: Allegoria, Periphrasis, Hyperbaton, & Hyperbole: de quibus, tametsi nondum de eo dicimus ornatu, qui ex coniunctis continuo que verbis constat, breviter scribemus, ne iterum de tropis differere cogantur.

*Arist.**Rhetor**l. 3 c. 2.**Quint.**l. 8 c. 6.**3 de or.**aut. ad**Her. l. 4*

De Metaphora. CAPVT. IX.

Iniciamus igitur ab eo, qui cū frequetissimus est, tū lōge pulcherrimus, translationē dico, quæ Metaphora Græcè vocatur. Latissimè enim patet Eam necessitas genuit inopia coacta, & angustijs, post autem

autem delectatio iucunditasq; celebravit
 Nam vt vestis frigoris depellendi causa re-
 perta primò , post adhiberi cœpta est ad
 ornatum etiam corporis,& dignitatiē : sic
 translatio instituta est in opiaē causa , fre-
 quentata delectationis . Est autē translatio
 cum nomen , aut verbum transfertur ex
 eo loco,in quo proprium est, in eū in quo
 proprium deest; aut quia translatum pro-
 prio melius est. Id facimus, aut quia ne-
 cessere est, aut quia significātius, aut quia de-
 centius. Nam gēmare vites, luxuriā esse in
 herbis, lētas legetes etiā rustici necessita-
 te dicūt. Oratores dūrū hominē aut aspe-
 rū. Nō enim propriū erat , quod darēt his
 affectionibus nomen. Iam incēsū ira, inflā-
 matū cupiditate,& lapsū errore, signifi-
 cādi gratia. Nihil enim horū suis verbis,
 quā his accersitis magis propriū erat. Illa
 ad ornatū,lumē orationis, & generis cla-
 ritatē,&cōcionū procellas,& eloquētix flu-
 mina,vt Cicero pro Milone Clodiū fōtē *pro Mil.*
 eius glotix vocat,& alio loco segetem,ac *Orat. 3.*
 materiā. Illud autem admirandū videtur,

quid sit quod omnes translatis, & alienis
magis delectatur verbis, quam proprijs, & su-
is. Nam si res suum nomine & proprium vocabu-
lum non habet, ut pes in nau, ut in vite gemma
necessitas cogit, quod non habeas, aliunde
sumere: sed in suorum verborum maxima co-
pia, tam homines aliena multo magis, si

Arist. 6. sicut ratione translatata, delectat. Causa autem
Top. 6. 2. illa est, quod translatione est similitudo ad
& *Rhet.* unum verbum contracta, similitudine autem
3. 2. 4. misericordie capiuntur animi. Eo tamen distat,
Quint. quod illa comparatur rei, quam volumus ex
1. 8. cap. priuare, haec pro ipsa dicitur. Comparatio
6. & est, cum dico fecisse quid hominem ut leonem.
Cice. 3. Translatio, cum dico de homine, leo est.
de orat. *Quotuplex sit translatio.*

CAPUT. X.

Arist. **M**etaphorae autem vis omnis quadruplices est. Cum in rebus animalibus ac
3. Rhet. 2. & aliud pro alio ponitur: v. *Liu*us *Sci*
10. & pionem a Catone allatram soluam refert. In
11. anima pro alijs generis eiusdem sumatur, ut
Quint. concentu virtutum nihil est suauius. Aut
libr. 8. pro rebus animalibus in anima, ut
capit. 6. *Hip*

Duo fulmina belli

Aen. 6

Scipiadas

Aut contra.

Sedet inscius alto.

Aen. 2

Accipiens sonitū saxi de vertice pastor.

Præcipueq; ex his oritur mira sublimites
 quæ audaci & proximè periculum trans-
 latione tolluntur, cum rebus sensu careni-
 tibus actum quendam & animos damus,
 qualis est.

Aen. 23

Pontem indignatus Araxes.

& illa Ciceronis: Quid enim tuus ille Tu-
 bero destictus in acie pharsalica gladius
 agebat? cuius latus ille mucro petebat?
 qui sensus erat armorum tuorum? In
 translatione primum fugienda est d. simili-
 tudo, qualis est in illo Ennij, Cœ-
 li ingentes fornices. Deinde videndum
 est, ne longe simile sit ductum, Syttim
 patrimonii, scopulum libentius dixerim:
 Charybdim bonorum: voragine po-
 tius: Facilius enim ad ea, quæ visa,
 quam ad illa, quæ auditæ sunt, mentis
 oculi feruntur. Sunt quædam & humi-
 les translationes, vt, Saxeæ est verruca:

quæ-

3. de or

Quint
libr. 8. quædam maiores, quām res postulat, vt,
cap. 6. Tempestas comes tationis: quædam mino
de ora- res, vt, confessio tempestatis. Ut modicus
err. 3. autem atq; opportunus eius usus illustrat
Quint
libr. 8. orationem, ita frequens, & obscurat, &
cap. 6. tædio complet: continuus vero in allegoria,
 & ænigma exit. Quod si vereare ne
 paulo durius translatio esse videatur, mol
 lienda est præposito saepe verbo, vt, Si olim
 M. Catone mortuo pupillum senatus quis
 reliquum dicat: paulo durius, sin: Ut ita di
 cam pupillum, aliquantò mitius est. Etenim
 verecunda debet esse translatio, vt deducta
Quint
libr. 8. esse in alienum locum, non irruisse, atque
cap. 6. ut precari, non vi venisse videatur. Dili
 genter etiam cauedum est, ne omnia quæ
 poetis permitta sunt, conuenire orationi
 putemus: nec enim pastore populi, autore
 Homero dixerim, nec volueres pennis re
 migare, licet Virgilius in apibus ac Dæda
 lo speciosissime sit usus. Modus autem nul
 lus est florerior in singulis verbis, nec qui
 plus luminis afferat orationi, ideoq; in illo
 explicando meritò longiores fuimus.

4. Geor
& Aen
 4.

De Synecdoche.

C A P V T XI.

Synecdoche tropus est, in quo ex parte totum, aut contra, aut ex antecedentibus sequentia intelliguntur. Quæ discriptio octo illos modos comprehendit, quibus sit synecdoche, quos grauissimi scriptores tradiderunt. Ex parte totū intellegitur, ut ex puppi nauis:ensis ex mucrone: aut ex tecto domus. Cic. Mucrones eō rū à iugulis vestris rejecimus. Huc pertinet, cū vel ex vno plures significatur. Liuius: Romanus prælio victor, & Virgil.

Hostis habet muros.

Aen. 2.

Vel genus ex forma, idest, parte illi subiecta: Virg.

Dentesque Sabellicuse exacti sunt.

Geor. 3

Pro quo quis fuit: vel ex materia res vniuersa:qua ratione & ferrum pro gladio, & pinus pro navi, & aurum atque argentum pro aurea, & argentea pecunia sumitur.

Ciceron: homines instruti & certis locis cum ferro collocati. Contra vero ex toto pars declaratur, ut in illo Virgili.

Pro Ce-

cina.

Fontem

E 2.

Fontemq; ignemq; ferebant.

De quo genere est cū aut è pluribus vnuis intelligitur. Cicero ad Brutum, Populo, inquit, imposuimus, & oratores visi sumus: cum de se tantum loqueretur, Aut e genere pars illi subiecta, Virgil.

Aenid.

*Pradamq; ex unguibus ales**Proiecit flunio.**Pro aquila.*

Ex antecedentibus sequētia monstrātur: ut cum ait idem poeta.

Eglog.

Aspice aratra iugo referūt suspēsa iuuēci.

Vt ex his perpicuum est, quæ hoc & proximo capite dicta sunt. Trāslatio ad mouēdos animos, & res penē sub oculos subijciendas præcipue reperta est, at synedoche ad locupletandū sermonē magis pertinet.

De Metonymia. C A P. XII.

Quint.

I.8.c.6.

MEtonymia est tropus, in quo causas per effecta, vel effecta per causas, vel ex eo, quod continet, id quod continetur, vel rem è signo intelligimus. Per causas effecta declaramus, cum inuētor, aut aliquius rei author, pro re inuēta ponitur. Virg.

One-

Onerantque canistris.

Dona laborate Cereris.

Aeneid

Hoc modo Platonem, Aristotelem, Demosthenem frequenter pro eorum scriptis ponimus, Cicero: Lectasse Platonem studiosé audiuisse etiam Demosthenes dicitur. Ex effectis autem causa significatur, cum factilegiū deprehensum, & scelus dicimus pro scelerato. Hinc mæustum timore, tristem senectutem, & pallidam mortem eleganter optimi dicunt authores. Virg.

Mæustumq; timorem. Mittite.

Aen. 2.

Horatius.

Pallida mors aequo pulsat pede pauperū ta.

Regumq; turres.

Libr. 1.

Ex eo quod continet, id quod continetur venustè etiā intelligitur. Sic bene moratæ urbes vocantur, sic seculum felix: sic Roma pro Romanis, Athenæ pro Atheniēsibus frequenter ponuntur, Virg.

Celo gratissimus amnis. Idest, cœlestibus. Aen. 7.

Cic. Ut omittā illas omnium doctrinarum inuertices, Athenas, in quibus summadicē di vis & inuenta est & perfecta: Athenas De orat dixit

dixit pro Atheniēsibus. Huc referūtur etiā illa, cum ex possessore res, quæ possidetur aut ex duce exercitus significatur, Virg.

Aen. 2. Iam Proximus ardet.

Vcalegon, Id est, Vcalegōtis domus. Sic hominē deuorari, cuius patrimoniū devoratur: & ab Annibale apud Cannas cæsa sexaginta milia dicimus, id est, ab eius copijs. E signo deniq; res mōstratur: vnde et toga, quæ pacis erat insigne & otij, pro pace & fasces usurpātur pro magistratu. Virg.

Non illum populi fasces, nō purpura Regū

Geor. 2. Flexit.

Metonymiā, ut ait Cicero: Rhetores hypallagen vocant.

De Antonomasia.

C A P V T, XIII.

Quint. A Ntonomasia ponit aliquid pro nomi
libr. 8. ne, ut, Euersor Carthaginis, & Nu-
capit. 6 mantiae, pro Scipione, & Romanæ eloquē-
tiæ princeps, pro Cicerone. Epitherō au-
tē, siue Latinē malis dicere appositū, nō est
tropus, quia nihil veritit. Necesse est enim
seper, ut id, quod est appositū si a proprio.

diui-

diviseris, per se significet, & faciat Antonomasiam. Nam si dicas, Ille qui Carthaginé, & Numantiam cuerit, Antonomasia est: si adieceris, Scipio, appositiū Apposito & frequētius, & liberius pœnitentia utuntur, namq; illis satis est conuenire verbo, cui apponitur: & ita, dentes albi, & humida vina, apud eos non reprehenduntur. Apud oratorem, nisi aliquid efficitur, redundat. Tū autē efficitur, si sine illo, quod dicitur, Arist. minus est, qualia sunt, ò scelus abominandum, ò deformē libidinē. Exornatur autē cap. 3^o res tota maximē translationibus: Cupiditas Quint. effrenata, & insanæ substructiones. Solet lib. 8. etiā fieri alijs adiunctis Epitheton tropis, cap. 6 apud Virgilium: Tarpis egestas, & tristis pro Mil senectus. Verum tamē talis est ratio hujus Aen. 6 virtutis, ut sine appositis nuda sit, & velut incōpta oratio, ne oneretur tamē multis. Nam fix longa, & impedita.

De Onomatopœia.

C A P. K T. XIII.

Onomatopœia, id est, fictio nominis libr. 8. Græcis inter maximas habita virtu- cap. 6

tes, Latinis vix permittitur. Ab his tamē plurima sunt per onomatopœiā posita, qui primi sermonē fecerūt aptatēs affectibus nomen. Nam mugitus & sibilus, & murmur, & vagitus aliāq; quāplurima inde venerantur. At nunc raro & cū magno iudicio hoc genere vtēdū est, ne noui verbi assiduitas odium pariat: sed si cōmode quis eo utatur, & rorō, non modo non offendet nouitatem, sed etiā exornabit oratio nē. Cic. in Antonium. Tuæ cōiugis bonæ fæminæ, locupletis quidē certe, Bambalio quidam pater, homo nullo numero, nihil illo contemp̄ius, qui propter hæsitantiam linguae, stuporemq; cordis cognomen ex contumelia traxerit. Sed si quis tropī definitionem attentē cōsiderauerit, onomatopœia in tropis nullo modo numerabitur.

De Catachresi.

C A P V T . X V .

*Quint.**libr. 8.**capit. 6**Aen. 2*

CAtachresis, quām restē dicimus abusionem, non habentibus nomen suū, accommodat, quod in proximo est. Sic, *Equum diuina Palladis arte. Aedificant.*

Et

Et, Pyxides, cuiuscunq; materiæ sunt, &
parricida matris quoque, aut sororis in-
terfectori dicitur. Valde similis est meta-
phoræ, sed ab ea tamen distinguitur, quod
abusio nomen ex vicina, ac finitima re ac-
commodat alteri rei, quæ sine nomine est:
metaphora vero etiâsi nomen non deest,
vnde cùq; modo similijudinē res habeat, Quint.
libr. 8.
alienū nomē asciscit. Quid tā propinquū capit. 6.
parris intersectori, quam matris aut sor-
oris, aut frattis intersectori? ergo is, quia no-
men Lauuo sermonē non habet, per abu-
sionem parricida vocatur. Quid rursus
magis sciūctum, quam arbor, atque Resp.
quæ florere, verbo ab arbore translato, di-
citur? Vnde apparet duos hos tropos ita
similes esse, ut tamen sint diuersi.

De Metalepsī.

C A P V T. XVI.

S Vper est ex his, qui aliter significat. Me-
talepsis, id est, transumptio ex alio in Quint.
aliud velut viâ præstans: Tropus autē est, libr. 8.
rarissimus, & maximè unproprius, Virg. capit. 6.
Post aliquot mea regna vidēs mirabor aristas cloz.

Quint. Gradatim enim ab aristis ad spicas, à spicis
ibid. ad segetes, ab his ad æstates, ab æstatibus
 ad annos acceditur. Idem etiam poeta in
 primo libro Aeneid. sic ait.

Speluncisq; abdidit atris.

Vbi speluncæ nigrae, ac per hoc crassis &
 obscuris tenebris circumfusæ, ad extremum
 denique infinita altitudine depressæ intel-
 liguntur.

De Allegoria.

Ci A. P. V. T. XVII.

Quint. *A* Allegoria, quam inversione interpre-
libr. 8. *A* tamet, aliud verbis, aliud sensu osté-
cap. 6. dit, ac etiā interim contrariū: Virgilius.

Sed nos immensū spatijs confecimus aquor;

Georg. *E*t iam rēpus equum spumātia soluere colla.

I. *H*abet viuum talis allegoriæ frequē et ora-
 tio, sed raro totius, plerunq; apertis per-
 mista est. Tota apud C. c. talis est. Hoc mi-
 tor enim queror que quenquam hominem
 ita pessundare alterū verbis velle, ut etiā
 pro Milt nauē perforeret, qua ipse nauiget: Illud cō-
 mistū frequenissimū. Evidem cæteras
 rēpestates, & procellas in illis dugitaxat
 fluctibus

fluctibus concionū, tempeſ Miloni putauit
esse ſubcūdas: niſi adieciſſet fluctibus cō-
cionum, eſſet allegoria, nūc eam miſcuit.
Illiud verò longè ſpecioſſimum genus ora-
tionis, in quo triū permitta eſt gratia, ſimi-
litudinis, allegoriæ, & trāſlationis. Quod
fētū, quē Euripum tot motus, tamq; va-
rias habere creditiſ agitationes, cōmuta-
tiones fluctus, quantas perturbationes, &
quātos æſtus habet ratio comitiorū. Dies
intermiſſus vnuſ, aut nox interpoſita ſepe
perturbat omnia, & totam opinionē par-
ua nonnunquam cōmutat aura rumoris.
Nam id quoq; ipſ primis eſt cuſtodiendū,
yt quo genere cōperis trāſlationis, hoc
deſinas. Multi enim cum iniijum à tempe-
ſtate ſumpſerunt, incendio, aut rubra fini-
unt, quæ eſt inconſequentia refum fædiſ-
ſima. Cæterum allegoria paruis quoque
ingenijs, & quotidiano ſermoni frequētiſ
ſimē ſeruit, nā illa in agendis cauſis trita:
Pedem cōferre; & iugulum petere & Sā-
guinem mittere: indeſunt. Allegoria quæ
eſt obſcurior, & ænigma dicitur, vtiū pro
micio

fectò, siquidē dicere dilucidè virtus, quō
tamen & poetæ vuntor, Virgilius.

Dic quibus in terris, & erismihi magnus Apol-
Treis pateat celi spatiū nō aplius vulnas. (lo,
Et oratores nōnunquam, ænigmata enim
sunt illa, quæ Cic. contra Verris nequitia,
& iniuriam in ore vulgi, atq; in cōmu-
nibus proverbijs dicit esse versata. Negā-
Act. 3. *bant (ait ille) ius tam nequam esse Verri-*
nūm. & paulò post: Sacerdotem execrabā
tur, qui Verrem tam nequam reliquisset.
Sed illud peracutum, & eruditum, quod
per iocum scripsit ad Trebatium iurecon-
sultum familiarem suum, qui ad Cæsarem
imperio Gallias tenentem idcirco venerat
à Cicetone cōmendatus, ut augeret facul-
tates suas. Sic igitur ait, Treniros vites,
censeo, audio capitales esse: mallem auro,
argento, ære essent. Sed aliás iocabimur.

Ex ora pro Clu & Sall. in cōsul. Erāt enim Romæ triumviri capitales, qui
 carceris erant custodes, & iudicia rerum
 capitalium exercebāt, & cum supplicium
 de fontibus sumebatur, præsentes aderāt.
 Erant & triumviri monetales, quorum
 officium

officium his ipsis Ciceronis vocabulis significabatur, ut veterum quoque nummorum inscriptiones declarant. Ad virosq; autem respexit Cicero, cum monet Trebatum, ut Treuiros, qui erant feri, & bellicosi Galliae populi, vitet. Nam Romani triumuiros, tresuiros quoque dicebāt, est & illud Plauti ænigma.

Pōp. l.
1. pād.
de orig
in l. 2.

Vbi viros homines mortui incursant boues.

De Ironia. C A P. XVIII.

I Ronia, quam illusionem vocāt, allegoria est, quæ non solum aliud sēsu, aliud verbis ostendit, sed contrariū. Ea aut pronuntiatione intelligitur, aut persona, aut rei natura. Nam si qua earum verbis disentit, apparet diuersam esse orationi voluntatē. Cic; in Clodium: Integritas tua te purgauit, mihi crede, pudor ei ipuit, vita anteacta seruauit, & Turnus apud Virg.

Arist.

Rhet.

ad Ale

xād. c.

20. &

Quint.

libr. 8.

cap. 6.

Me que timoris

Argue tu Drance, quando tot cadis acerbas. Aeneid
Tenctorum tua dextra dedidit. 11.

De Periphrasi.

C A P V T, XIX.

Quint. **C**VM pluribus verbis, id quod uno,
 libr. 8. aut paucioribus dici potest, explica-
 capit. 9 tur, Periphrasis vocant, circum loquē-
 di, qui est apud poetas frequētissimus. Ut
 Aen. 2 Tēpus erat, quo prima quies mortalibus agris
Incipit, & dono diuum gratissima serpit.
 Et apud oratores non rarus, semper tamē
 astrictior, quicquid enim significari breui-
 us potest, & ornatus latius ostenditur, peri-
 phrasis est. Verum ut cū decorem haberet,
 periphrasis, ita cum in vitium incidit pe-
 riſſologia dicitur, obstat enim quicquid
 non adiuvat.

De Hyperbato.

C A P. XX.

Quint. **H**yperbatou, id est, transgressio, tropus
 libr. 8. est solis poetis concessus, qui etiam
 cap. 6. verborum divisionem, & transgressionē
 faciunt, Virgilius.

Georg 3 *Hyperboreo septem subiecta trioni.*

Quod oratio nequaquam recipiet. Est au-
 tem diligenter animaduertendum, hyper-
 baton

baton', vbi nihil ex significacione mutatur est, sed structura sola decoris gratia varia tur, tropum nō esse, id quod tropi definitio declarat. Imò, vt Quintilianus quoq; Lib. 9.
fatetur, hyperbaton multi tropis omnino cap. 1.
eximunt, quorum sententiaverior est. Tro-
pi enim definitio ad nomē ipsum, non ad
eius partes accommodanda est. Nemo au-
tēm inficiabitur septentrionem in eo car-
mine suā significacionē tueri, & cōseruare.

De Hyperbole, s. 6. fol. 177mo

C A P . V . T . XXI .

Hyperbole est ementiens superiectio, Quint.
cuius vir us est ex aduerso par augē libr. 8.
di ac minuendi, Virgilius. capit. 6

Geminig, minantur In cælum scopuli.

Et Fulminis ocyor alis.

Aen. 1.

Cicero in Antonium, Quæ Charybdis tā Aen. 5
vorax? Charybdim dico, quæ si fuit, fuit Phæ. 2
animal vnum: Oceanus medius fidius vix
videtur, tot res, tam dissipatas, tam distan-
tibus locis positas, tam cito absorbere po-
tuisse. Illud Virgilij ad minuendum.

Vix ossibus barent. Eclog.

Sed tam in augendo, quām in minuēndo
scruetur mensura quædam. Quanuis est
enim omnis hyperbole vltra fidem, non
tamen esse debet vltra modum.

De ornatu qui est in verbis coniunctis.

3. De
Orat.

C A P V T . XXII.

Sequitur cōtinuatio verborū, quæ du-
as res maximè, collocationē primum,
deinde modū quēdā, formamq; desi-
derat. Tū & verbis & scatētijs oratio cō-
formāda est, de quibus post tropos aptis-
simè dicemus, deinde decallatione, postre-
mo de modo & forma, idest, numeris, qui
sunt adhibendi in oratione, disscrewus.

De figuris.

C A P V T . XXIII.

Figura (sicut nomine ipso patet) est cō-
formatio quædam orationis remota à
Quint cōmuni, & primum se off. rente ratione.
libr. 9. Differt autē à tropis figura, quia proprijs
capit. 1 verbis figura fieri potest, quod in tropos
nō cadit: ut, Fuit hocquondā, fuit propriū
populi Romani: figura est in verbo gemi-
nato

nato in sua significatione permanete. Illud tamen notandum coire frequenter in easdem sententias & tropum, & figurā. Tam enim translatis verbis, quām proprijs figuratur oratio, ut, *Qui spē Catilinæ molibus sententijs aluerunt, coniurationēque in Cat.* nascentē non credendo corroborauerūt. Aluerūt, & corroborauerūt translata sūt, & similiter desinentia, similiterq; cadētia.

De generibus figurarum.

C A P V T, XXIII.

Sicut omnem orationem, ita figurā quoque necesse est versari in sensu, & in verbis. Ut vero natura prius est cōciperre animo res quām enūciare: ita de ijs figuris ante loquēdum esset, quæ ad mētē pertinet: sed facilitatē secuti, de figuris verbo rū prius dicemus. Est autem verborū exornatio, quæ ipsius sermonis insignita cōtinetur perpolitione. Inter cōfirmationē verō verborū, & sētētiārū hoc interest, quod verborū cōformatio tollitur, si verba mutaris; sententiārū permanet quibuscūque verbis

Aut, ad

Her, l,

4,

*De ora-
tor. 3.*

verbis vti velis: vt, Nunc verò quid agat,

Orat 1. quid moliatur, quid deniq; quotidie cogi-
in Cat. tet, quē ignorare nostrū putat? Repetitio
 est verbosū figura, & interrogatio figura
 sententiarum (persæpe enim vñus & idē
 locus, & verborum & sententiarum orna-
 mentis illuminatur) muta verba, Quid
 agat, & moliatur, ac deniq; quid cogitet
 quem ignorare nostrum putat? Repetitio
 tollitur, interrogatio permanet, semperq;
 permanebit quibuscunq; verbis vti velis.
 Sed quoniā parū inter authores conuenit
 de numero & nominibus figurarum, & in
 eo etiam magna discrepātia est, quod ali-
 quæ a quibusdam inter verborum exorna-
 tiones ponuntur, quæ ab alijs inter sente-
 tiarū ornamenta numerantur, nos mediā
 viā secuti, ea de quibus grauissimorū scri-
 ptorum maior cōsensus est, explicabimus.

Quot modis fiant figuræ verborum.

Quint.
libr.
capit. 3
pro Mil

C A P V T X X V .

F Iguræ verborum tribus maximè fiunt
 modis per adiectionem, detractionem
 simi-

similitudinem. Per adiectionem, ut Cicero
pro Milone: Occidi, occidi nō spuriū Me-
lium, quo loco verbū, occidi figuratē ge- Orat. I.
minatū est. Et in Catil. Fuit, fuit ista quō-
dam in hac rep. vittus. Et in eadem oratio-
ne. Viuis, & viuis non ad deponendā, sed
ad confirmandā audaciā. Per detractionē
etiam sunt figuræ, in quibus multum est
venustatis: Cicero in eundem Catilinam. Orat. 2.
Abiit, excessit, erupit, eius sit, ubi coniunc-
tiones prætermittuntur. Sed tertium ge-
nus figurarū quod quandam vocū habet
similitudinē, & aures præcipue in se ver-
tit, & animos excitat, Cicero in oratore:
Itaque efficiis, ut cum gratiæ causa nihil
facias, omnia tamen sint grata, quæ facis.In orat.

De figurisque sunt per adiectionem. Orat. ad Her. I.

group Co A P V T. XXVI.

R Epetitio est cum ab eodem verbo du-
citur. Sæpius oratio, vel ut Cicero de-
scribit. Est ciusdem verbi crebra à primo
repetitio. Quod acriter & instanter fit, Ci-
cero in Catilinā, Nihil agis, nihil moliris,
nihil

Auct. ad

Her. I.

4.

Quint.

I. 9.c. 3

De ora

tor. 3.

In orat

Orat. I.

nihil cogitas, quod ego non modo audiā, sed etiā videā, plenaq; sentiā: Idē contra

¶. I. Rullū: Quid enim est tā populare, quām pax? qua non modo iij, quibus natura sensū dedit, sed etiā tecta, atq; agri mihi lētari videtur. Quid tā populare, quā libertas? quam non solū ab hominibus, veiū etiā à bestijs expeti, atq; omnibus rebus anteponi videatis. Qui tam populare, quām otium? quod ita iucundū est, vt & vos, & maiores vestri, & fortissimus quisq; vir maximos labores suscipiēdos putet, vt aliquādo in otio possit esse, præsertim cū imperio, ac dignitate.

Pbil. 2 **C**onuersio est cū in idem verbū cōiicitur sēpius oratio, Cicero in Antonium, Doletis tres exercitus popul Romani interfectos? Interfecit Antonius, Desideratis clarissimos ciues? eos quoq; eripuit vobis Antonius, Autoritas huius ordinis afflcta est? Afflixit Antonius,

Complexio est, quæ repetitionē & cōversionem complectitur. Qui sūt, qui foedera

sædera sæpe ruperunt? Carthaginenses.
 Qui sunt, qui crudele bellum in Italia ges-
 serunt? Carthaginenses. Qui sunt, qui Ita-
 liam deformatuerunt? Carthaginenses,
 Qui sunt, qui sibi postulat ignosci? Cartha-
 ginenses. Videte ergo, quid oporteat eos
 impetrare, Cicero pro lege agraria: Quis Orat. 5.
 legem tulit? Rullus. Quis maiorem po-
 puli partem suffragijs priuauit? Rullus.
 Quis comitijs præfuit? idem Rullus. Quis
 tribus, quas voluit, vocauit, nullo custode
 sortitus? Quis decem viros, quos voluit,
 renunciauit? idem Rullus.

Conduplicatio est verborū gemina-
 tio, quæ habet interdū vim, lepoterī
 aliās. Geminātur autē verba modis pluri-
 bus, aut enim adiungitur idē iteratum, ut
 Cicero in Catilinā, Viuis & viuis nō ad de-
 ponēdam, sed ad confirmandam audaciā.
 Aut & idem ad extremum refertur: Cice- Orat. 2.
 ro in Verrem, Multi & graues dolores
 inueni parentibus, & propinquis multi.
 Aut continēter yñū verbū uen in eadem
sentenç.

sententia ponitur: Cicero pro Ligario,
 Principū dignitas erat penè par, non par
 fortasse eorum qui sequebātur: Aut post
 Pbil. 2 aliquam interiectionem repetuntur. Cic.
 Bona, miserum me (consumptis enim la-
 chrymis tamē infixus animo hæret dolor)
 bona inquam Cn. Pōpeij acerbissimæ vo-
 ci subiecta præconis. Possit quoq; mediæ
 respondere, vel primis, ut Virgil.

Aen. 7 Te nemus Angitiae, vitrea te Fucinus unda.

Act. 7. Vel vltimis; Cicero in Verrem, Hæc nauis
 onusta ex præda Sicilicnsi; cum ipsa quoq;
 esset ex præda. Interim sententia tota repe-
 titur. Cicer. in eadē act. Quid Cleomenes
 facere potuit? non enim possum quæquam
 insimulare falso. Quid inquam Cleome-
 nes magnopere facere potuit? Ille verò a-
 pud Ciceronem locuſ est pulcherrimus, in
 quo & primo verbo longo interuallo red-
 ditum est vltimum, & media primis, & me-
 dijs vltima congruunt. Vestrū iam hic
 factum reprehenditur P. C. non meum: ac
 pulcherrimum quidem factam, verum, ut
 dixi, non meum, sed vestrū.

Tras.

TRaductio est cum verba paululū immutata ponuntur. Cicero, Homines prope confidentem iudicio liberauerunt: hominibus iniuria tui stupri in ipsos dolori nō fui: Homines tibi arma, alij in me, alij post in illum injictum ciuem dederūt hominū beneficia protsus cōcedo tibi, ac maiora non esse quāxēda. Et pro Archias pleni sunt omnes libri, plenæ sapientium voces, plena exemplorum vetustas.

SYnonimia est cum verba idem significantia congregantur. Quæ cum ita sint Catilina, perge quo cœpisti: egredere aliquando ex urbe, patet portæ, proficisci. Et alio libro: Abiit excessit, erupit, evanuit. Nec verba modo, sed sensus quoq; idē facientes aceruantur. Perturbatio istum mentis & quædam scelerum offusa caligo & ardentes furiarum faces excitatunt.

POlysyndeton est schema quod coniunctionibus abundat.

Tectamque, iaremqne,

- Geor. 3* Armaq; Amineleūq; canē, cressāq; pharetrā.
- In Cat.* Cīc. Atq; idem tamen stuprorum, & sce-
lerū exercitatione assuefactus, frigore, &
fame, ac siti, & vigilijs perferendis, fortis,
abijs istis suis socijs prædicabatur. Idem.
- Pro dō* Senatus est summum populi Romani po-
mo sua. pulorumq;, & gentium omnium, ac re-
gum concilium. Et alibi. Virtus homini-
De Or. bus instituendo, & persuadendo, non mi-
nis, & vi, ac metu traditur.

G Radatio repetit quæ dicta sunt, &
priusquam ad aliud descēdat in plu-
ribus resistat. Vel ut cum Cicerone defi-
niamus, Gradatio est cum gradatim sur-
sum versus redditur. Africano virtutem in-
dustria, virtus gloriam, gloria æmulos co-
parauit. Cicero pro Milone. Neq; verò se
populo solum, sed etiā senatus tradidit:
rect senati modo, sed publicis præsidijs,
& armis neq; his tātū, verū etiā eius pote-
stati, cui senatus totā Remp. omnē. Italiae,
pubem, cuncta populi Romani arma com-
miserat.

miserat. In tertio loco, cū dicendū fuisset: nec publicis præsidijs, & armis tantū: consulto, quoniam id longū erat & insuave, pro eo dixit: neq; his tātū. Idem pro Sex. Roscio Amerino. In urbe luxuriae creatur, ex luxuria auaritia existat, necesse est, ex auaritia crumpit audacia. Hæc figura apertiorem habet artem, & magis affectatam, ideoque esse rarer debet.

Quint
De figuris verborū, quæ sunt per detractionē *libr. 9.*

C A P V T. XXVII.

*cap. 3.**Cic. 3.**de orat.**in erat.**auto ad**Her l. 4.*

Sequuntur figuræ, quæ per detractionē sunt, quæ brevitatris, nouitatisq; maxi- mè gratia petuntur.

Dissolutio, quam articulūm alij vocat, *Deprou* est cum demptis coniunctionibus dif- *conf.* solutē plura dicuntur. Cicer. Si in eius tu- tela Gallia, cuius virtuti, fidei, felicitati cō- mendata est. Aptæ est hæc figura non in singulis modo verbis, sed sententijs etiam, *pro clu* vt Cicero pro Archia: Hæc studia ado- *ent.*

lescentiam alunt, sene&utcm oblectant
secundas res ornant aduersis perfugium,
præbent, delectant domi, non impediunt fo-
ris, pernoctant nobiscum, peregrinantur,
Arist. rusticantur. Dissolutionis autem, & poly-
rh. c. 12 syndeti fons unus est, quia acriora faciunt,
quæ dicuntur, & vitæ quandam per se fe-
rentia velut sæpius erumpentis affectus.

A Diunctio est in quâ vnum ad verbum,
quod primū, aut postremū collocatur
plures sententiæ referuntur, quarum una-
quæq; desideraret illud, si sola poneretur.
Fit autem præposito verbo ad quod reliqua
proclue respiciant, hoc modo: Vicit pudorem li-
bido, timore audacia ratione amētia: aut
Orat. 1. illato, quo plura clauduntur. Nec enim is
es Catili. vt te, aut pudor vñquam à tur-
pitudine, aut metus à periculo, aut rati-
onē à furete reuocauerit. Mediū quoq; potest
esse quod & prioribus, & sequētibus suf-
ficiat, vt formæ dignitas, aut morbo deflo-
rescit, aut vetustate. Quod cum sit, Con-
iunctio figura est.

Dis-

Disjunctio (quam perspicuitatis gratia quoniā superioribus contraria est hoc loco tradimus) est cū eorū, de quibus dicimus unū quodq; certo cōcluditur verbo. Cicero pro Archia: Me autem quid pudeati, qui tot annos ita viuo, Iudices, ut ab illis nullo mevñ quam tempore, aut cōmodum, at otium meum abstraxerit, aut voluptas auocarit, aut denique somnus retardarit. Et in eadem oratione. Homerum Colophonij ciuem esse dicunt suum, Chij suum vendicant, Salaminij repetunt, Smyrnæi verò esse suum confirmant.

Syneccdoche. cuius & Cicero, & Quintilianus meminerunt, non tropus modo, de quo antedictū est, sed verborū etiā est exornatio. Ea sit cum subractione aliquod verbum satis ex cæteris intelligitur; Præcisionem vocat author ad Her. Cicero ad Brutum; Sermo nullus, scilicet nisi de te. Quid enim potius? Simul enim intellegitur in priori quidem parte, est, in posteriori verò, faciamus, aut aliquid simile.

In Ora.

Synecdoce differt ab aposiopesi. Differt ab Aposiopesi, quæ sententiærum est exornatio, quod in ea unum verbum, & manifestum quidem desideretur, ut in superiori exemplo, & in illo etiâ Ciceronis: opere. Dœta Lupercalibus, quo die Antonius Cœsari, ubi nihil aliud intelligi potest, quam hoc, diadema imposuit. At in Aposiopesi, aut insertum est, quod tacetur, aut certè longiore sermone explicandum. Synciosis est quæ duas res diuersas colligat, hoc modo: Tam deest auaro, quod habet, quam quod non habet.

De figura verborum tertij generis.

C A P V T, XXVIII.

Lic. 3. de orat & in or **T**ertiū est genus figurarum, quæ aut similitudine vocum, aut paribus, aut contrarijs, vertunt in se aures, & animos excitant.

Quint libr. 9. cap. 3. **A**nnominatio, quā Græci Paronomasiām vocant, est cum paululū immutata verba, atq; deflexa, in oratione ponuntur. Ea multis & varijs rationibus confituntur.

ficitur: Adiectione hoc modo, Cicero pro
 Cluētio: Si in hac calamitosa fama, quasi *pro clu-*
 in aliqua pernicioſiſſima flāma. Et, Emic
 morte immortalitatem. Detractione ſic,
 contra eum, qui ſe legationi immoritū
 dixerat, pater Quintilianus: non exigo ut *Quint*
immoriaris legationi immorare. Commu *libr. 9*
tatione, hoc modo: Cicero in Catilinam, cap. 3.
 Hanc reipublicæ peſtem paulisper reprī- *Orat. I.*
 mi, non in perpetuum comprimi posse. Et *Phib. 3*
 in M. Antonium. Hem cur magister eius
 ex oratore orator factus ſit. Translatio:
 Videte Iudices ut ſu homini nauo, an va-
 no credere malitias, Hæc figura leuis alio-
 qui ſententiarum pondere implenda eſt.
 Merito igitur illa exēpla vitandi potius,
 quam imitandi gratia ponit *Quintilianus:*
 Auium dulcedo ducit ad avium, & non
 Pilonum, ſed pitorum: pefſimum vero,
 Ne partes conſcripti, circumscripti videā-
 tur; & Raro euenit, ſed vehementer venit
 aliaque ſimilia.

Similiter cadens exornatio eſt, cum
 in eisdem caſus verba cadunt. Græci Proleg

Homoioptoton appellant. Cicero, Ac pri
mum quanta innocētia debent esse impe-
ratores. Quanta deinde omnibus in rebus
temperantia? Quanta felicitate? Quanto
ingenio? Quanta humanitate? Et alibi:
Pro ar. Hunc ego non diligam? non admirer? nō
chiad. omni ratione defendendum putem. Simi-
liter cadens est in illis verbis, Diligam,
admirer, putem. Nam & verborū, ut
nominum sui etiam sunt casus.

proleg. Similiter desinens est cum siue casus sit
in verbis, siue nō, tamē similes exitus sūt:
Manil. Cicero: Itaq; non sum prædicaturus. Qui
rites, quātas ille res domi, militiæq; terra,
mariq; , quātaq; felicitate gesserit, ut eius
semper volūcatibus non modo ciues assē-
pro Mil. scerint, socij obtemperat int, hostes obedie-
rint, sed etiā venti, tempestatesq; obsecunda-
rint. Et pro Milone, Non modo ad salutē
eius extinguidam, sed etiā gloriā per ta-
les viros infringēdam. Differt hæc figura
á superiori, est enim similiter cadēs, tantū
casus similis, etiamsi dissimilia sint, quæ
decli-

declinantur: ac similiter desinēs in eosdē exitus cadit, vt Audacter territas, humiliter placas. At q̄; eo fit, vt similiter cadēs in verbis & nominibus tantū esse possit, cū similiter desinens non modo in his, sed in illis etiam, quæ declinari nō possunt reperiatur, vt proximū declarat exemplum.

Compāt Græci vocant Isocolon, habet membra orationis, quæ constat ex pari ferè numero syllabarum: Hoc nō de enumeratione nostra fiet, nam id quidem puerile est: sed tantum affert usus, & exercitatio facultatis: vt animi quodam sensu par membrum superiori referre possimus. Cic. pro lege Manilia: Ita tantum bellū, tam diuturnū, tam longe, lateq; dispersum, quo bello omnes gentes tenebantur, Cn. Pompeius extrema hys-
me apparauit ineunte vere suscepit: media æstate cōfecit. Loquitur autem de bello, quod Pōpeius gesit contra Piratas.

Contrapositum, autem vel ut quidam vocant, Cōtentio (antitheton Græcts dicitur)

dicitur) nō vno sit modo. Nam & sit, si sīn-
Cic. progula singulis oppositum, ut, Vicit pudore
client. libido, timorem audacia, rationē amētia.

Et bina binis; Non nostri ingenij, vestrā
Ibidem auxiliū est. Et sententiæ sententijs, Odit po-
 pulus Romanus primatam luxuriam, publi
 pro *Mu.* cam magnificentiam diligit. Nec semper
 contrapositū subiungitur, ut in hoc Cicero-
 nis pro Milone, Est enim hæc Iudices nō
 scripta, sed nata lex; sed crebra etiam cre-
 bris opponuntur, ut in eo, quod sequitur,
 quam non didicimus accepimus, legimas,
 verum ex natura ipsa artipuimus, hausi-
 mus, expressimus. Sunt quidam authores
 qui duplē faciunt cōtentionem, vnam
 verboūm, quam Antithesin appellant;
 sententiārum alteram, quam Antitheton
 vocant. Eas autem ira discernunt, ut con-
 tentionēm verborum figuram esse dicant,
 cum ex verbis cōtrarijs conficitur oratio,
 ut Inimicis te placabilem, amicis inexora-
 bilem præbes. Et quod Cecil Metelus di-
 cit apud Liuium; amicitias immortales,
 inimicitias mortales debere esse; senten-
 tiarum

tiarum verò cum sententiæ contrariæ ex comparatione referuntur. Sed cū Quintilianus Ciceronem securius Antitheton inter verbos numeret exornationes, & dis crimen illud tenuerit, & exile satis esse debet, quod de cōtentione dictum est. Magnæ veteribus curæ fuit, gratiam dicendi è Quatuor his proximis figuris acquirere. Gorgias in hoc immodicus, copiosus utique prima ætate Isocrates fuit. Delectatus est his etiam M. Tullius verum, & modum adhibuit non ingratiae (nisi copia redundet) voluptati, & rem alioqui leuem sententiarum pondere impleuit. Nam per se frigida, & inanis affectatio, cū in acreis incidit sensus innata videtur, esse nō accessita. Et quoniam contrapositum sape fit assumpta pariter commutatione, de ea hoc loco dicamus.

Commutatio est, cum dōz sententiæ inter se discrepantes ita efficiantur, vt à priori posterior contraria priori, proficiatur; Non ut edam viuo, sed ut viuāedo. Item, si poēma loquēs pictura est, pictura tacitū poēma

pro CnL poema debet esse. Et apud Ciceronem: Ut & sine inuidia culpa pleatatur, & sine culpa inuidia ponatur. Hæc de verborum figuris dicta sunt, in quibus illud notandum est, multas earum cadere frequenter in easdem sententias, idq; cum magna venustate.

pro Cic. Cicero: Si quantū in agro locisq; desertis audacia potest tantum in foro, ac iudicijs impudentia valeret. Compar est, & similiter cadēs: Non minus nunc in causa cedoret Aulus Cecinna Sexti Ebutij impudentiæ, quam tunc in vi facienda celsit audaciæ. Compar similiter cadēs, similiter desinens. Accedit & ex illa figura gratia, qua mutatis casibus verba repetuntur. Non minus ccederet, qnam cessit.

Quid verborum figura orationi conferant, & quid eis cauendum sit.

C P V T. XXIX.

l. 2. c. 3. **S**i quis autem parce, & cum res poscit, verborum figuris vtatur, iucundiorē faciet orationē. Qui verò immodicè, & sine iudicio

udicio eas adhibuerit, ipsam illam gratiā varietatis amittet. Danda igitur opera est, ut nec multæ sint supra modum, nec eiusdem generis, aut iunctæ, aut frequentes: quia satietas ut paucitate cœrū, ita varietate quoque vitatur. Quod de his verborū figuris, quæ nobiles sunt, atq; insignes intelligendum est, non de illis, quæ valde sunt usitatæ, ac vulgares, quæ etiamsi sunt cerebriores, consuetas aures minus feriunt. Ridiculum etiam est neglecto rerū pondere, & viribus senteniarum, inania verba in hos modos deprauari. Cum enim figuræ sint quasi quidam gestus orationis, eas sine sententiā sectari, tā est ridiculū, quā quæ rere habitum, gestumq; sine corpore. Non sunt etiam nimis densandæ. Scendū vero imprimis, quid quisq; in orando postulet locus, quid persona, quid tempus. Maior enim pars harū figurarum posita est in delectatione: ubi vero atrocitate, inuidia, miseratione pugnandum est, quis feret cōtrapositis, & pariter cadentibus, & consimilibus irascentem, flentem, roganter? Cū

in his rebus cura verborum deroget affectibus fidem, & vbi cunque ars ostentatus veritas abesse videatur.

De figuris sententiarum.

C A P V T . XXX.

Nunc res ipsa monet, ut, deinceps ad sententiarū exornationes transeamus. Est autem sententiarum exornatio, quæ nō in verbis, sed in ipsis rebus quan-
Cic. 3.
de orat
Or. in or
Quint
libr. 9.
capit. 2
Autor
ad Her.
l. 4. Ru
finian.
aqulia
& Rer.
Orat. I.

dam habet dignitatem. Atque ea de cau-
sa sententiarum ornamenta maiora sunt.
Quo genere, quia præstat omnibus De-
mosihenes, idcirco à doctis oratorum est
princeps iudicatus. Schemata ea vocant
Græci, quæ maximè ornent orationem,
eaque, ut defini io demonstrat, non tam
in verbis pingendis pondus habent, quam
in illuminandis sententijs. Nec aliud quic-
quam est dicere, nisi omnes, aut certè ple-
rasque aliqua specie illuminare sentētias.

Interrogatio figura est, quoties nō scis-
citādi gratia assumitur, sed instandi: Quo
vſq;

vsq; tandem abutere Cati ina patiētia no-
stra; &, Potēre tua cōfilia non sentis? Et
totus deniq; hic locus. Quāto enim magis
ardet, quam si dicereturē Diu abuteris pa-
tientia nostra; &, patēt tua consilia. Inter
rogamus etiā, quod negari non possit. Ci-
cero pro Cluentio; Dixit ne tandem causam Pro clu-
C. Fidiculanus facula? Aut vbi respondē- ent.
di difficultis est ratio, vt vulgovti soleamus;
Quomodo? Qui fieri potest? aut inuidiae
aut miserationis, vt Sinon apud Virgil.
Hec qua nunc tellus, inquit, qua me aquora Aen. 2
Accipere? (possunt
Conuenit etiam indignationi.

Et quisquam numen Iunonis adoret? Aen. 1.
Et admirationi.

Quid non mortalia pectora cogis,
Auri sacra famē? Aen. 2.

Est interim acrius imperandi genus.

Nō arma expediēt, totaq; ex urbe sequēturē Cap. 4.
Et ipse nos metrogamus; Quale est illud

Turni apud Virgiliū;

Quid agam; aut que iā satis imā dehiscat, Aen. 7.
Terra mibi.

Respon-

Responsio figura est cum aliud interroganti ad aliud, quia sic utilius sit, occurritur, tum augendi criminis gratia: Ut testis in reum rogatus an à reo fustibus vapulasse? Et innocēs inquit: *Tum declinandi, quod est frequentissimum. Quæro an occideris hominem?* responderet; latronem.

Subiectio est, cū orator vel interrogat se ipsum, & respondet sibi: vel cū aliū rogauerit, non expectat responsum, ut

Cicer. pro Ligatio: Apud quem igitur hoc dico? nempe apud eum, qui cum hoc sciret tamen me antequā vidit, reipublicæ reddidit. Et, domus tibi deerat? at habebas: pecunia superabat? at egebas. Sunt autem interrogandi, & responderendi sibi non ingratæ vices.

Occupatio, quam Quintilianus Præsumptionem, Græci Prolepsin dicunt, est cum id quod obijcipotest, occupamus. Huc pertinet illa Ciceronis præmunitio cōtra Quint. Cæciliū, quod ad accusandū descēdat, qui semper defederit. Verborū quoq;

In Ora.

In diu.

quoq; vis, ac proprietas confirmatur, vel præsumptione: Quāquam illa non pœna, sed prohibitio sceleris fuit, vel reprehensione, quam alij correctionem appellant.

Correctio est quæ tollit sententiam aliquam, & eā alia, quæ magis idonea videtur, emendat & corrigit, Cicero: Italiā ornare, quam domum suā maluit: quanquam Italia ornata, domus ipsa mihi videtur ornatior: loquitur autem de L: Mummio. Est etiam correctio in verbacrum exornationibus, quæ tollit verbum, quod dictum est, & pro eo, id quod magis idoneum videtur, reponit, hoc modo: O Aut ad virtutis comes inuidia, quæ bonos inse= Her. l. queris, atq; adeo infectaris. Et illud: Atq; pro Ma hæc ciues, cives inquā, si hoc eos appellari nomine fas est, de patria sua, & cogitantes & cogitauerunt. Praeclarum illud Cic. in Verrem: Nō enim furem, sed erexitorem: non adulterum, sed expugnatorem pudicitiae: nō sacrilegum, sed hostem sacerdotū, religionūq; : nō sicutiū, sed crudelissimū

carnificem ciuium; sociorumque in vestrum
iudicium adduximus.

Proclu- **D**ubitatio est cum querimus unde in-
ent. cipiendum, ubi desinendum, quid po-
tissimum dicendum, an omnino dicen-
dum sit Cicer. pro Cluentio: Evidenter, quod
ad me attinet, quod me verta, nescio Negem
fuisse infamiam, iudicij corrupti: & quae le-
quantur. Est egregium tum subiectionis, tu-
Lib. 8. huius figuræ exemplum apud Livium in
dec. 3. P. Scipionis ad milites cōcione: apud vos
quemadmodum loquar, nec cōcilium, nec
oratio suppeditat: quos nequo nomine
quidem appellare debeam, scio: ciues? qui
a patria vestra descivistis. An milites? qui
imperium, auspiciumq; abnisiis, sacramē-
ti religionē rupistis. Hostes? corpora, ora,
vestitum, habitum ciuium agnosco: facta,
cīcia, consilia, animos hostium video.

Pro Rab. **C**ōmunicatio non procul abest a dubia-
tione, cum aut ipsos aduersarios con-
sulimus. Cicero; Tu deniq; Labiene quid
faceres

façeres tali in re ac tempore? cum ignaviæ ratio te in fugā atq; in latebras impelleret, improbitas & furor L. Saturnini in Capitoliū arcesseret, consules ad patriæ salutē ac libertatem vocarēt; quam tandem autho ritatē, quam vocē, cuius sectā sc̄qui, cuius imperio patrēre potissimum velles? Aut cū iudicibus deliberamus, ut Cato, Sivos in eo loco essetis, quod aliud fecissetis?

Prosopopœia est personarū figura induc̄tio, vel grauissimum lumen augendi, hac, & aduersariorum, & nostros cum alijs sermones, & aliorum inter se credibiliter introducimus; & suadendo, obiurgando, quaerendo, laudando, miserando, personas idoneas damus. Quin mortuos excitare in hoc genere dicendi concessum est. Urbes etiā, populiq; vocē accipiunt; in quibus hoc modo mollior sit figura. Etenim si tecū orat. r. patria, quæ mihi vita mea multò est cari- in Cat or, si cūcta Italia, si omnis resp. sic loquere tur, M. Tulli quid agis; & quæ sequuntur. Sed magna quædam vis eloquētix deside

ratur. Falsa enim & inereditibilia natura necesse est, aut magis moueat, quia supra vera sunt, aut pro vanis accipiuntur, quia vera non sunt, formas quoque fingimus saepe,

Aen. 4 ut famae Virgil. ut voluptatis, ac virtutis (quae admodum a Xenophonte traditur) Prodigus, ut multarum aliarum rerum. Quid.

Cicer. pro Lig. **A** Postrophe est auersus a iudice sermo: mire autem valet, siue aduersarios invadimus: Quid enim Tubero, tuus ille districatus in acie pharsalica gladius agebat? Cuius latus ille mucro petebat? Qui fessus erat armorum tuorum? quae tua messa oculi? manus? ardor animi? Quid cupiebas? Quid optabas? Siue ad invocationem aliquam conuertimur, Vos enim iam Albani tumuli atque Luci: Siue ad indiuidiosam implorationem, O leges Porciæ, legesque Semproniae.

De ora 3. or. 3. **H** Ypotiposis, quam illustrem explanationem Cic. appellat, est proposita quædam forma rerum ita expressa verbis,

ut etenim potius videatur, quam audiri: vel
 Extremum quasi gerantur, sub aspectum
 penè subiectio, ut actione in Verrem septi-
 ma; Ipse inflammatus scelere, ac furore in Cicer.
 forū venit, ardebat oculi: toto ex ore cru- act. 7.
 delitas emicabat. Nec solū quæ facta sint in Ver-
 aut fiant, sed etiam quæ futura sint, aut fu-
 tura fuerint dicēdo exprimimus. Mire tra- Cicer.
 ctat hæc Cicero pro Milone, Quæ factu- pro Mi-
 rus fuerit Clodius, si præturam inuasisset.
 Hæc translatio temporum, erit verecun-
 dior, si proponamus talia: Credite vos in-
 tucri: ut Cicero: Hæc, quæ non vidistis o-
 culis, animis cernere potestis.

A Posiopesis, quam Cicero reticentiā, De o-
 nonnulli interruptionē appellat, & rat. 3.
 ipsa ostēdit affectus, vel iræ, ut Virg.
 Quos ego, sed motos præstat cōponere fluctus.
 vel solitudinis, & quasi religionis: An Aen. 1.
 huius ille legis, quam Clodius a se inueniā
 gloria ut, mentionē facere ausus esset, vi-
 pu Milone, ne dicam consule? de nostrum Cicer.
 enim omnium, non audeo totum dicere. pro Mi-

E Thopœi est imitatio vitæ, ac morū alienorū, magnū quoddam ornamētum orationis, & aptum ad animos conciliandos, vel maximè, sc̄epe autem ad pe:
Orat. 2mouendos; Cicero contra Rullum. Ineunt tandem magistratus tribuni plebis, cōcio tandem expectata P. Rulli, quod & princeps erat Agrariæ legis, & truculentius se gerebat, quā cæteri. Iam designatus alio vultu, alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur, vestitu obsoletiore, corpore inculto & horrido, capillatior, quām ante, barbaq; maiore, vt oculis & aspectu denuntiare vim Tribunitiam, & minitari Reip. videretur.

E Mphasis est, cum ex aliquo dicto latēs, aliquid eruitur; vel, vt Cicero definit, quæ plus ad intelligendū, quām dicitur, relinquit, Virgilius;

Demissum lapsi perfunem.

Aen. 2. Idem dē Cyclope.

Iacuitq; per antrum. Immensum.

Aen. 3. Vbi prodigiosam illam corporis magnitudinem loci spatio intelligitur.

Susten-

Sustentatio est figura, qua diu suspensuntur auditum animi, atque aliquid deinde in expectatum subiungitur, ut in Verrem Cic. *Quid deinde? quid censemus?* furtum fortasse, aut praedam aliquam? Deinde cum diu suspendisset iudicium animos, subiecit, quod multo esset improbus. Aliquando etiam cum expectationem alicuius rei grauissimæ orator concitauerit, ad aliquid, quod leue sit, aut nullo modo crimine sum, descendit.

Praetermissio, vel præteritio est cū dicimus nos præterire, aut nō scire, aut nolle dicere id, quod tūc maximè dicimus, Cic. in Rullum: Nō queror diminutionē vestigaliū, nō flagitiū huius iacturæ atque damni. Prætermitto illa, quæ, nemo est, quin grauissimè, & verissimè cōqueri possit, nos caput pati morij publici, pulcherrinam populi Romani possessionem, subsidiū annonæ, horreum beli, sub signo claustrisq; Reip. positum vestigia seruare non potuisse; eum denique nos agrum P. Rullo concessisse, qui ager ipse per se se,

Orat. 2

& Syllanæ dominationi, & Gracchórum largitioni restitisset: nō dico hoc solum in Rep. vestigia esse, quod amissis alijs remaneat, intermissis nunquā quiescat, in pace nitreat, in bello nō obsolecat, misérē sustenteret, hostem non peritimescat: prætermitto omnē hāc orationē, & concioni reseruo. De periculo salutis, ac libertate loquor. Et in alia oratione. Omitto iurisdictionē in libera ciuitate contra leges, senatusque consulta: cædes relinquo, libidines prætereo.

Licentia est, cū apud eos, quos aut vereri, aut metuere debet orator, tamē aliquid pro iure suo dicit, quod eos minimè offendat. Cicero pro Ligario: Vide, quām nōn reformidem: vide, quanta lux liberalitatis, & sapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriantur quantum potero vocē contendā, ut hoc populus Romanus exaudiat. Suscepso bello Cæsar, gesto etiā magna ex parte, nulla vi coactus, iudicio meo, ac voluntate ad ea arma profectus sum, quæ erant sumpta contra te.

Concess-

Concessio est cum aliquid etiā iniquū videtur orator pati atq; cōcedere, ut quæ deinde dicturus est, grauiora videantur. Cic. in Verrem. Leuia sunt hæc in hoc Act. 7. reo criminis metū virgariū Nauarchus nobilissimæ ciuitatis pretio redemit: humanum. Alius ne condemnaretur pecuniam dedit: usitatum est. Non vult. Pop. Ro. obsoletis criminibus accusari Verrem: noua postulat, inaudita desiderat: non de Prætore Siciliæ, sed de crudelissimo tyranno fieri iudiciū arbitratur. Interruptio est brevis declinatio à proposito. Nam longior illa digressio, quæ multis pars causæ videatur inter figuræ numeranda nō est, Virg.

*Vare tuū nomē superet modo Mātua nobis
Mātua, vae misera nimiū vicina Cremonæ)
Cātantes sublime ferent ad sidera Cygni.*

Hæc brevior à re digressio plurimis fit modis. Sed hoc exempli gratia sufficiat.

IRONIA & à Quintiliano, & à Cicerone inter sententiārum exhortationes numeratur. Differt autē ab illa, quæ tropus est,

quod tropus breuior sit, & apertior. At in figura totius voluntatis fictio est. Cicer. pro Ligario, Nouum crimen. C. Cæsar & ante huc diem inauditum propinquus meus ad proligo te. Q. Tubero detulit, Q. Ligarium in Africa fuisse; idque C. Pansa Præstanti vir ingenio, fatus fortasse ea familiaritate quæ est ei tecum, ausus est confiteri. Itaque quo me vertam, nescio. Paratus enim veneram, cū tu id neque per te scire, neque audire aliunde potuisses, ut ignoratione tua ad hominis miseri salutem abuterer.

Distributio, quæ ad sententiarū exornationes pertinet, est, cū aliquid in partes plures tribuitur, quam vnicuique ratio deinde sua subiungitur, ut, Alexander Macedoni neque in deliberando consilium, neque in præliando virtus, neque in beneficio benignitas deerat. Nam quū aliqua res dubia accidisset, apparebat sapientissimus; qui autem configendū esset cum hostibus, fortissimus; quū vero præmiū dignis tribuendum, liberalissimus.

Per-

Permisso est, cū alicui rei vehementer confidimus, & ostendimus nos eam tradere atque cōcedere alicuius voluntati, hoc modo; Sed ego iam iudices summū ac legitimū meæ causæ ius omitto; vobis quod æquissimū videatur, ut constituatis permitto. Non enim veror quin etiam si nouum sit vobis instituendum, libenter id quod postulo, propter utilitatem communis consuetudinis sequamini. Cicer. in Catilinam, Quid expectas? proficisci, nimirū iam diu te imperatorem illatum Maniana castra desiderat. Et in eadem oratione. Egressere cum importuna scelerorum manu; confer te ad Manlium, concita perditos ciues, secerne te à bonis, infer patriæ bellum, exulta impio latrocino.

Orat. 3.

De precatio, quam vel obsecrationem, vel ostentationem alij appellant, est cū opem alicuius imploramus. Cicer. pro Deiotaro. Quam obrem hoc nos primū metu C. Caesar per fidem, & constantiam & clementiam tuam libera, nec residere in

te vllam partē iracundiæ suspicemur. Per dexteram te istam oro, quam Regi Deiotaro, hospes hospiti porrexisti; istam, inquit dexteram non tam in bellis, & in prælijs, quam in promissis, & siue firmiorem.

Execratio est, qua malum alicui precastum. Cicer. pro D. iotaro: Dij te perdant fugitiue, ita nō modo nequam & improbus, sed fatuus & amens es.

Epiphonema est rei narratæ, vel probatæ summa acclamatio, Virgilius:

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Exclamatio est, quæ conficit significacionem doloris, aut indignationis

Pb 1,2, uicinus per hominis, aut rei cuiuspiam cōpellationem: Cic, in Antoniū; O miserū me consumptis enim lacrymis, infixus tam en pectori hæret dolor; Et in eundē. O

Phil. 3, ciuem natum Reip. memoré sui nominis imitatorēq; maiorū, loquitur autē de D. Bruto. Et paulo post in eadem orat. O admirabilem impudētiā, audaciā, temeritatē

Idem

Idem contra Rullum: O perturbatam rationem, o libidinem refrenandam, o consilia dissoluta atque perdi^a. Et in catilinam; o tempora, o mores, Senatus hoc intelligit, Consul videt, hic tamen vivit.

SVNT & illa iucunda, & ad commendationem cum varietate, tum etiam ipsa natura plurimū valent, quæ simplicē quādam & non præparatam ostendunt orationem: Quæ quoniam nullū habent laiño sermone nomen, breviter hoc loco explicabuntur; In primis quasi pñnitentia dicti, ut Cicero pro Cælio; Sed quid ego ita grauē personam induxi? introduxerat autem Appium illum cæcum, qui pacē Pyrrhi quondam diremerat, cum muliere suæ familiæ parū pudica grauius expostulatē. Ex quibus utimur vulgo, Imprudēs incidi. Vel cum quærimus, quid dicamus, Quid reliquū est? & Nunquid omisi? Et cū aliqua velut ignorantius. Cicer. in Verrē: Sed earum rerum artificē quem? quem nam? recte admones Polyclustum esse dicebant.

Et

Et cū deponimus apud memoriam auditoris aliqua, & reposcimus quæ deposuerimus. Hæc omnia dāt orationi varios velut vultus. Gaudent enim res varietate, & sicut oculi diuersarū aspectū rerum magis detinētur, ita semper animis præstant aliquid, in quod se velut nouum conuertant.

Hec de tropis & ornamentiis cū verborum, cum sententiarum dicta sint, in quorū numero, nominibus, vi & natura explicāda usq; adeo dissentunt authores vel Græci, vel Latini, vt nō modo inter se dissentiat, sed, quod maius est, Cicero, qui ut ornatissimus in dicendo, sic in præcipiendo fuit diligētissimus, ipse sibi discrepet.

Lib. 9.

capit. 3 Nā vt Quintilianus animaduertit, multas figurās in tertio de Oratore libro posuit, quas in oratore postea scripto, quoniam de illis mentionem non fecit, videtur repudiāsse. Quasdam posuit inter verborum exornationes, quæ sententiārum sunt lumen. Quædam ne figuræ quidem sunt. Nō tamen est cur quisquā vel illum, vel alios authores

authoreshac de causa temere reprehēdat;
Ea enim quæ de tropis & figuris præcipi
possunt, valde minuta sunt, & exilia;
ideoque non multum interest, hoc ne, an
illo modo sentias. *Quam* ego causam fuis
se puto, cur idem Cicero strictim semper,
& cui sim illas attigerit, & nullis nec defi
nitionibus explicatas, nec exēplis illustra
tas quasi per tīāfennā ostenderit. Iā nume
rus illarū nec fuit olim certus, nec verò un
quā esse poterit. Cuius rei duas ego repe
rio causas. Altera est, quod nouæ figuræ,
Quintiliano etiam authore, sicuti adhuc & *Libr. 9.*
excogitari possunt. Altera, quod tam vei *cap. 3.*
borū quam sententiarū figuræ non infor
mās, quarum certus, sed in partes & quasi
mēbra, quorū infinitior est numerus, di
stribuuntur. Quod optimè vidit Cicero;
in Topicis enim cum aliud divisionem a
liud partitionem esse docuisset, dixissetq;
non esse vitiosum in partitione, si partem
aliquam prætermittas, quod idem in di
visione vitiosum est. Sic deinde causam
cius rei addit. Formarum enim certus
est

est numerus, quæ caique generi subiectiā-
tur: partium distributio sæpe est infinitior
tanquam riuorum à fonte deductio. Itaq;
in oratorijs artibusquæstionis genere pro-
posito, quot eitis formæ sint, subiungitur
absolute. at cum de ornāmentis verboiū
sententiarumq; præcipitur, quæ vocantur
non sit idem. Res enim est infinitior hæc
esse in causa puto ut omnis hæc de tropis,
& figuris disputatio, non solum dubia &
incepta, sed controversa etiam, plenaque
dissensionis sēper fuerit. In qua ego quod
simillimum veri visum est, sum secutus.

Decollatione,

C A P. X X I.

SEquitur collocatio, quæ erit optima,
si vincitā orationē efficiet, si cohærē-
tē, si lenem, si æquabiliter fluentem. In ea
necessaria sunt ordo, & iūctura: primum
igitur de ordine. Sed illud prius dicā, stu-
dio sis dicendi in primis esse necessaria ea-
quæ deinceps de ordine iūcturaq; tradē-
tur: Valde enim cōducūt ad formādū sty-
lum qui dicendi perfector est, & magister.

De

De Ordine.

C A P. XXXII.

Ordinis obseruatio est, in verbis singulis & contextis; in singulis cœnēdum *Quint.* est ne decrescat oratio, & fortiori subiungatur aliquid infirmius, ut sacrilego fūt, *libr. 9.* *cap. 4.* aut latroni petulās. Augeri enim debent sententiae, & insurgere, ut optime Cicero Tu, inquit, istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmatae; aliud enim alio maius superuenit: Ac si *Pb. l, 2,* cœpisset à toto corpore, nō bene ad latera, faucesq; descēderet. Est, & aliud naturalis ordo, ut diem ac noctem, ortū & occasum dicas, potius quā retrorsum. Quædam ordine permutato sunt superuacua, ut fratēs gemini: nam si præcesserint gemini, fratres addere nō est necesse. Verbo sensum claudere, si compositio patiatur, lögē opīimum est, Cicero in *Vitrē:* Itaq; ille M. Cato sapiens, cellam penariam Reip. nostræ, nutricē plebis Romanæ Siciliam nominauit. At si id asperū erit, decori potius orationis erit cōsulendū, ut sit *Aet. 7.*

apud summos Græcos Latinosq; oratores
frequentissime: Cicero in Actione eadē:
Nam cū omnium sociorum, prouincia-
rum rationē diligenter habere debetis, sū
principiū Siciliæ, Iudices plurimi, iustif-
simisq; de causis. In oratione non sunt ad
pedes verba dimessa ut in carmine, ideoq;
ex loco transferuntur in locum, quo ma-
xime congruunt, sicut in rūdium struc-
ta saxorum fieri consuevit.

De iunctura.

De Ora LIB C A P V T. XXXIII.

bor. 3. **I** Vnctū a verò vt concinna, & elegās sic
assequemur, si verba extrema cum cō-
sequentiibus primis ita iungemus, vt neve

Quint. asperē cōcurrant, neve vālius deducātur.

libr. 9. Asperum concursum efficiunt consonātes

cap. 4. illæ, quæ sunt asperiores, vt, S. ultimæ cū
X. proxima, vt exercitus Xerxis: quarum

tristior, etiā si bina collidantur, stridor est:

vt, Ars studiorum, Rex Xerxes. Hincam

verò reddit orationem vocalium concur-
sus Pessimè longæ quæ easdem inter se li-

teras cōmittunt, sonabūt, vt, Vito optimo
obicm-

obtēperare. Præcipuus tamē erit hiatus
 earum, quæ cauo, aut patulo maximē ore
 profertuntur, ut, Sensu humātitatis. E, plē-
 nior litera est, I, angustior: ideoq; obscu-
 riū in his vitiū. Minus peccabit, qui lon-
 gis breues subiicit & adhuc, qui præpon-
 net longæ breuē, non tamen id, ut crimen
 ingens expauescendum est. In quo nescias
 negligentia ne, an sollicitudo sit peior. Ne-
 cessē enim est, ut hic metus impetum dicē
 di retardet, & ab his quæ postiora sunt,
 auertat. Quare ut negligentis est oratoris
 hiulca subinde oratione ut: ita humilis est
 animi, atq; demissi ubiq; hoc perhorresce-
 re. In quo merito quidā Isocratem, & eius
 discipulos, atque præcipue Thcopompu *In ora-*
reprehendunt, quod eas literas tantopere
fugerint. At Plato in populari etiam ora-
tione crebrā habet vocalium concursionē *In apo-*
 Cicero certe & Demosthenes modice res *logiaso*
 plexerunt ad hanc partem. Nā hiulca non-
 hunquā etiam decent, faciuntq; ampliora *Quint*
 quædam. Habet enim ille tanquam hiatus *libr. 9.*
 & concursus vocalium molle quiddam, *cap. 4.*

quod indicet non ingratam negligentiam
de re hominis magis, quam de verbis labo-
pro ratis. Itaq; ille in oratione pro Marcello
Marc. sic ait: dolebam enim P.C. ac vehementer
angebar, cū viderem virum talem, qui in
eadem causa, in qua ego fuisset, nō in ea-
dem esse fortuna, nec mihi persuadere po-
teram, nec fas esse ducebam, versari me in
vestro veteri curriculo, illo æmalo atque
imitatore studiorū, ac laborū meorū, qua-
si quodā focio à me, & comice distracto.
Vnde aperte intelligimus crebram & ni-
miam vocalium concuscionem esse quidē
Quint. vitandam, modicām vero, & qæ in loco
lib. 9. sit, non esse reprehendendam. Videndum
cap. 4. etiam est, ne syllabæ verbi prioris ultimæ,
sunt primæ sequentis, quod Ciceroni in e-
pistolis excidit: Res mihi inuile, visæ sunt
Brute. Et in carmine: O fortunatam natā
me consule Rōmam. Etiam monosyllabæ,
si multæ sint, male continuabantur. Bre-
uiū præterea verborum ac nominum vi-
tanda cōtinuatio est, ne cōpositio minuta
sit atque concisa: Et ex diuerso, lōgorum,
afferunt

affertunt enim tarditatem. Illa quoque vitia
 sunt, si cadentia similiter & similiter desin-
 dentia s; & eodem modo declinata multa
 coniunguntur. Nec verba quidem verbis
 aut nomina nominibus, similiaq; his co-
 nivari debent. Cum yicentes etiam ipse tæ
 diumpariant, nisi gratia varietatis ad uitæ.
 Illud postremo addamus hanc orationis
 quasi structuram, quæ ordine, iuncturaq;
 constat maximam quidem desiderare dili-
 getiam, ea lege tamen ne fiat operose. Nā Cic. in
 esset cū infinitus, tum puerilis labor. Sty- orator.
 lus enim exercitatus efficit facilem hanc
 yiam cōponendi. Nam vt in legendo oculi-
 las, sic animus in dicendo prospiciat, quid
 sequatur ne inconditis verbis, & male
 coagmentatis offendantur aures, quarum Arist.
 est iudicium superbissimum, libr. 3.
 De modo, & forma verborum. Rhet.
 eius signo A. P. X X X I I I . cap 8
 Non est ex multis res una, quæ magis tor. 3.
 oratori ab imperito dicendi signo q; Quint
 distinguit, quam quod ille rudis incedere libr. 9
 fundit, cap 4.

fundit, quantum potest, & id, quod dicit
spiritu, non arte determinat. Orator autem
sic illigat sententiā verbis, ut nihil inanc
nihil inconditū, nihil curtū, nihil claudi
cans, nihil in oratione sit redundans. Hoc
oratorio fit numero, qui aptam & concin
nam, & suavem efficit orationē. Breuer
igitur origo, deinde causa, post natura, tū
ad extremum usus ipse explicetur oratio
nis aptæ, ac numerosæ.

Arist.

3. Rht.

capit. 8

De origine orationis numerosæ

C A P V T . XXXV .

In orat. D^r Rinceps inueniendi aptam verborum,
Quint. & numerosam conclusionē fuit Thræ
libr. 9. symachus: cuius omnia nimis etiam erant
capit. 4 scripta numerosè. Isocrates autem ita sciē
ter, moderateque rem totam temperauit,
ut multi existimarint illum huius concin
nitatis authorem, & principem extitisse.
Vbi vero hæc formandæ orationis ratio
cognita, & inuēta est, sic omnibus placuit
oratoribus ut Aristoteles, quo nemo nec
doctior, nec acutior, nec in rebus vel inue
niendis,

niēdis, vel iudicādis acrior vñquā fui , ver-
sum in oratione vetet esse, numerū iubeat.
Eius auditor Theodectes in primis, vt
Aristot. sēpe significat, politus scriptor,
atq; artifex, hoc idē & sentit & præcipit.
Theophrastus vero ijsdem de rebus etiam
accuratius. Romani Ciceronis fere tem-
pore agnouerunt, cū iam anni prope qua-
dringēti esset apud Græcos, cū hoc proba-
retur. Usque adeo autē hanc orationis cō-
formādæ rationem ipse Cicero probauit,
vt non solū eius hoc modo faciendæ & or-
nandæ, summus ipse artifex fuerit, sed dili-
gētissimē etiam de tota eare præcepérat.

Cur numerofa oratio inuenta sit.

C A P V T. XXXVI.

In Orat.

Quoniam igitur habemus optime ora-
tionis eos principes authoresq; quos
diximus, & origo inuenta est, causa quæ-
ratur, quæ facilis, & apta est. Autem
enim, vel animus potius aurum nuncio
naturalem quandam in se continet vocū
omnium mentionem Itaque, & longiora &

M 4.

brc,

breuiora iudicat, & perfecta ac moderata
semper expectat, multa sentit quædam,
& quasi decurtata, quibus tamquam debito
frangetur, offenditur, productiora alia,
& quasi immoderatus excurrentia: quæ
magis etiam aspernantur aures. Cum gi-
tur torquito sape, ut sit, aliquid conclusè
apneq; initio diceretur, animos hominū
aureisque pellebat, ut intelligi posset id,
quod casus effudisset, cecidisse iudecitūc
potatum genus est. Notatio aurem, & ani-
maduictio peperit antem. Itaq; vi poetica,
& versus inventus est terminacione aurum
observatione prudentium: sic in oratio-
ne animaduersum est molto illud quidem
serius, sed eadem natura admonente, esse
quosdam certos cursus conclusionesque
verborum. Itaque cum ea, quæ apte, cō-
cluseque dicerentur, manopere auditores
tenerent, ob eā causam aptè numero seq;
dicendi præcepta quoque sunt iuuenita.
De quorum natura ut differere possimus,
necessè est, ut de incisis mēbris & periodo
prius dicamus.

De incisis membris, & periodis.

C A P V T, XXXVII.

Arist.

libr. 3.

rh. c. 9.

Cic. de

Orator.

Quint.

libr. 9.

cap. 4.

In orat.

IN CISUM est sensus non expleto numero conclusus: plerisq; pars mēbri. Tale est quo Cicero vtitur, Domus tibi deerat? at habebas: pecunia superabat? at egebas: vbi incisa sunt quatuor. Fiunt & singulis verbis incisa, vt, Diximus, testes dare volumus. Incisum est, dixinus: Membrum autē est sensus numeris cōclusus, sed a toto corpore abruptus, & per se nihil efficiens, vt, O callidos homines: O rem excogitatā: O ingenia metuenda: quē quæso nostrum fefellit, id vos ita esse facturos. O callidos homines: perfectū est, at remotū à cæteris vim nō habet, vt per se manus, & pes, & caput: & o rē excogitatā? o ingenia metuenda? Quando ergo incipit corpus esse? cum venit extrema conclusio: quem quæso nostrū fefellit, id vos ita esse facturos? Periodum Cicero tum amb tum, tū circuitum, tū cōprehensionem, aut continuationem, aut circumscriptionem dicit.

M . s

Cum

Cum tēperetur autē mēbris omnis paulo
 longior circuitus, tamē aliud est cæsim &
 mēbratim, aliud circumscripē dicere. Cir-
 cunscriptio enim est, cum ab initio ad fi-
 nem usque quasi in orbem inclusa fertur
Arist. oratio, donec cōsistat in singulis perfectis
libr. 3.
Rhet. oratio, donec cōsistat in singulis perfectis
cap. 4. absolutisque sententijs, Cic. pro lege Man.
Cic. in Quanquam mihi semper frequens conspe-
orator. Etas vester multò iucundissimus, hic autē
 locus ad agendū amplissimus, ad dicēdū
 ornatisimus est visus, Quirites, tamē hoc
 aditu laudis, qui op̄imo cuique sēper ma-
 xime patuit, non mea me volūtas, sed vi-
 ta mea rationes ab ineunte ætate susceptae
 prohibuerunt. Membratim vero dicimus
 cū in singulis mēbris liberior insistit ora-
 tio. Cic. pro Milone: itaque quādo illius
 postea sīca illa, quam à Catilina acce-
 sat conquieuit? Hæc intentata nobis est:
 huic ego vos obijci pro me nō sum passus;
 Hæc insidiata Pōpejō est: Hæc istam Appiā
 viam monumentum sui nominis nece Pa-
 pirij cruentauit. Incisim vero dicimus, cū
 in singulis incisis insistit oratio. Cicero in

Catili-

Cati inam. Tenentur litteræ, signa, manus, denique vniuscuiusque confessio. Quomo Cic. in
do autē cum incisis & mēbris, tum in cir- Catil.
citu numerus sit adhibendus paulo post 4. Orat.
dicetur. Sed quia nullus extra poeticos numerus esse potest, pedes, quibus & poe-
ma sit, & oratio numerosa temperatur,
ponamus, mox enim intelligetur inter ver-
sum, & orationem numerosam permag-
num esse discrimen.

De pedibus.

C A P. XXXVIII.

Pedes, qui duas habēt syllabas nume- Quint
ro sunt quatuor, Spōdeus, Pyrrhichi libr. 9;
us, Choreus, & Iābus. Spōdeus est ē cap. 4;
lōgis duabus, vt, dicūt, mores; illi contrari-
us est Pyrrhichius, vt, nouus, tulus; Chore-
us est ē lōga & breui, vt scribit, semper.
Huic Iābus est contrarius, vt, legūt, reos,
Triū vero syllabarū pedes sunt octo. Mo-
loffus ex tribus lōgis, vt dicēdi, cōseruant,
Trochæus, quē Tribrachym alij appellāt,
ē tribus breuibus, vt facimus; Da&ylius
ex longa, & duabus breuibus, vt litora.

Ana-

Anapæstus ex duabus breuibus & longa,
ut pietas, peragunt. Bacchius ex breui, &
duabus longis, ut amores. Antibacchius
ex duabus longis, & breui, ut andisse. Cris-
ticus, quem alij Amphimacrum vocat, ex
longa, breui, & longa, ut possidet. Amphyx-
brachys ex breui, longa, & breui: ut pri-
bat. Cicero ex alijs pedibus tres tantum po-
nit, nec tamen ipse dissimilat, quibusdam
numeros videri, non pedes: nec immixtio
(quicquid enim supra tres syllabas habet,
id ex pluribus est pedibus) Pœonas duos,
& Dochimium, quibus & nos erimus con-
tentii. Est igitur Pœon primus ex longa, &
tribus breuibus, ut aspicite. Pœo ultimus
ex tribus breuibus & longa, ut facilitas;

Arist. Dochimus vero ex Bacchio constat, & Iā,

3. Rhet. bo, ut, perhorrescent, sibi ergo iuste re zu-

capit. 8. capit, sibi ergo iuste re zu

Cicer. De numero oratorio. I. 1097. II. T.

in orat. C. A. P. XXIX.

Quint. Vid inter sit inter oratoriū numerū

libr. 9. atq; poeticū itemq; inter orationē

cap. 4. & poema diligenter nūc attendendū est.

Nume-

Numerum oratorium Græci Rhythmum
poeticū Metrum vocant. Quod etiam si
constat vīrūq; pedibus , habet tamen non
simplicē differentiam. Nam Rhythmi spa-
tio tēporum constant , pedes eiā ordine.
In Rhythmo enim nihil refert Dactylus
ne sit, an Anapæstus, cum eodē temporum
spatio vterq; constet, in versu pro Dacty-
lo poni nō potest Anapæstus. Est, & illud
discrimen, quod metri semper idē est cur-
fus, vt in Heroico carmine, Dactyli, & spō
dei. In oratione alius atq; alius numerus
est adhibendus, ita , vt nullus sit , qui non
aliquo loco adhiberi possit. Ex his facile
est intelligere, quām multum inter oratio-
nem numerosam, & poemā intersit. Ver-
sus certis legibus astrictus est, vt nihil fiat
extra præscriptum: at in oratione nihil est
certum , nisi ut apte verbis cōprehēdatur
sententia. Itaque omnis , nec claudicans,
nec quasi fluctuans, & æqualiter, constan-
terq; ingrediens numerosa habetur ora-
tiō. Atque id in dicēdo numero sum puta-
tar : non quod constat totum ē numeris,
In' orat
sed

sed quod ad numeros proximè accedit.
 Quò etiam difficultius est oratione uti, quā
 versibus, quòd in illis certa quedā, & defi-
 nita lex est, quā sequi sit necesse: in dicēdo
 autē nihil est propositum, nisi aut ne im-
 moderata, aut angusta, aut dissoluta, aut
 fluens sit oratio. In quo illud est vel maxi-
 mum, quòd versus in oratione si efficitur
 cōiunctione verborum, vitium est, & qui-
 dem graue, ac longa animi prouisione fu-
 giendum, & tamen eam coniunctionem
 sicuti versum numero se cadere, & qua-
 drare, & perficere volumus. Quod quo-
 modo faciēdum sit, deinceps explicemus.

In qua parte ambitus debeat inesse numerus

C A P V T, XXXX:

Arist;

Rh.c.9 **F**st igitur intelligendum in toto ver-
 Cic. de borum ambitu numero tenēdos es-
 Orator. se. Falluntur enim qui censem adērē rātū
 Quint. numero se oportere, terminariq; sentētiā.
 b.9.c.4 Etsi enim id maximè decet, quoniā aures
semp̄

semper extre^{mū} expectant, in eo que ac-
qui^scuntur: ad hunc exitū tamen à princi-
pio ferri debet verborū illa comprehēsio,
& teta à capite ita fluere, ut ad extre^{mū}
veniens ipsa consistat. Cum autē omnes in
oratione sint quasi permitti, & confusi pe-
des, nec enim effugere posset orator ani-
maduersionē, si semper eisdem uteretur:
qui numeri, & ad principium, & ad me-
dium, & ad extre^{mū} periodi sint magis
accommodati, explicandum est.

Arist.

De initio periodi.

3. reb. c.

C A P V T XXXXI.

2.

C Lausulas diligētiū, quā cætera om̄. Cicer.
nia, seruandas esse inter omnes cōue^rtator.
nit, quod in his maximē perfectio, atque Q̄ int.
absolutio iudicatur. Proxi^{mā} autē clau- libr. 9.
sulis diligentiam initia postulant. Nam, capit. 4
& ad hæc int̄etus est auditor. Optimē hæc Recht 3
nascuntur à proceris numeris, ac libet is, capit. 8
maximē Dactylo, quē Heroū vocat Aris-Cic. in
toteles, & pæone priore, quē idem author Orato.
ut optimum probat. Cicero mollissimum Proleg.
qui. Magist.

quidem numerum, cundēque amplissimū esse fatetur, sed Creticū anteponit. Anapæstus etiam qui Dactylo est spatio par, ordine contrarius, recte orationē incipit, Cicero pro lege Manilia : Quamquā mihi semper frequēs cōspectus vester: Exorsus est à spondeo, Anapæsto, & Cretico: Et in eadem oratione : Testis est Italia à Cretico, & Ita tantum bellum: ab Anapæsto, & spondeo, &c, Qui Siciliam adiit: à pœone priore. Initia versuum initij orationis non conueniunt, & si Titus Liuius hexametri exordio cœpit: Facturus ne opere pretium sim. Dochimus quovis loco aptus est, dum semel ponatur: iteratus aut continuatus numerum apertum & nimis insignem facit, Cicerō de lege Agraria: est illud amplissimum, quod paulo ante commemorauī, Quirites. Vbi à spondeo, & Dochimo ducitur initium.

*De leg.
Ag.*

*Cicero.
in orat.*

*Quint.
libr. 9.
cap. 4.*

De fine periodi.

C A P V T. XXXXII.

I Nextremo autem circuitu duo, aut tres sunt ferē seruandi, & notandi pedes:

qaos

quos aut Choreos, aut spōdeos, aut alternos esse oporebit. Asia geminatum Chōreum, qui dichoreus vocatur, maximē secura est. Cadit autem ille praeclare: sed in orationis numero nihil est, tām vitiosum, quām si semper est idem. Spondeus est in clausulis firmus & stabilis, quo plurimum est usus Demosthenes. Pœona alterū orationi cadenti aptissimum putat Aristoteles, quem Cicero non rejicit, sed aptiore eo loco iudicat Creticum. Quis siue geminatur, siue spondeum præcedat, multum decoris habet in clausulis, Cicer pro Mar. Pristino more dicendi. Creticus est geminatus, & spondeus, & conceruata ac restitutam puto: spondeus, & duo Cretici. Et nec vlla vñquā ætas de tuis laudibus conticescat. Duo Cretici, & dichoreus. Nihil habet nec fortuna tua maius, quām ut pos sis: nec natura tua melius, quām ut velis cōseruare quam plurimos. Duo itē Cretici. Optimē etiā est sibi iūctus Anapæstus. Nā vbi libido dominatur, innocētiæ leue præsidū est, Nā synalœphe facit, ut vltimæ syllabæ

syllabæ pro vna sonet. Est, & Dochimus
stabilis in clausulis, & seuerus, Cicero in
Antonium, Te miror Antoni quorum
facta imitare eorum exitus nō perhorres-
cere. Sed tuas Cn. Pompei (te enim iam

Phil. 2. appello ea voce, ut me audire possis) tuas
pro Mil in quā suspitiones perhorrescimus. Quia
postrema syllaba breuis, an longa sit, ne in
versu quidem refert. Multæ sunt aliæ
clau'ulæ, quæ numerosè & iucundè ca-

Lib. 9. dunt quæs diligentissimè ostendit *Quin-*
capit. 4 *tilianus.* Etiam intelligendū est clausulas
versuū non convenire clausulis orationis
quod Bruto excidit: Quanquam sciūt pla-
cu'sse Catoni, & vitandum esse plurimum

Phil. 3 syllabat sive verbis vt tamur sæpe in fine, quod
etiam in carminibus est permolle. Non de-
sunt enim qui Ciceronē vituperent in his
familiaris cœperat esse balneatori. Et pro
Cælio, Nō minus dura Archipiratae. Nec
illud quidem prætereundum est clausu-
las maximè apparere, & intelligi, quod
aures continuam vocem secutæ, ductæq;
velut prono decurrētis orationis flumine,

tum

tum magis iudicent, eū ille impetus sletit,
& intuendi tempus dedit. Variandæ sunt
igitur, ne aut animosum iudicio repudi-
entur, aut aurum satiatae. Hoc vicissitu-
dines numerorum efficiunt, qui præsta-
bunt, ut neque satientur, qui audient, fas-
tido similitudinis, nec orator, id quod fa-
ciet, opera dedita facere videatur.

De media periodi.

C A P. XXXIII.

CVM verborū comprehensio à princi- In orat.
pio ferri debeat, & tota à capite ita Quot.
fluere ut ad extremū veniens ipsa cōsistat l.9.c.4
dicēdum est nunc, qui maximè cadant in
orationem aptam numeri: Et Aristoteles Libr. 3
quidem spondeū numerum grandiorē iu- Rehet.
dicat, quād desideret soluta oratio, labū capit. 8
autē nimis è vulgari esse sermone. Ita ne-
que humili & abiecta orationē, nec nimis
altam & exaggeratam probat, plenam ta-
men eā vult esse grauitatis, ut eos, qui au-
dient, ad maiorem admirationē possit tra-
ducere. Trochœuti autē quē alij Tribra-

chym appellat, ab oratione segregat, quia contractio & breuias dignitatem non habet. Ita Pœona p̄ obat, quem orationi vel orienti, vel mediae, vel cadenti aptissimum iudicat. Cicero autem sentit omnes in oratione esse permistos, & quasi confusos pedes. Nec enim effugere posset animaduersionem orator, si semper iisdem vteretur. Cum igitur (supra etiam dictum est) per mista & temperata numeris, nec dissoluta, nec tota numerosa oratio esse debeat, Pœone maxime, quoniam optimus auctor ita censet, sed etiam reliquis numeris, quos ille præterit, temperanda est. In his quæ demissio atq; humili sermone dicetur latus erit frequetissimus, Pœon in amplioribus, in utroq; Dactylus. Ita varia & perpetua oratione hi sunt inter se miscendi, & temperandi: sic minimè animaduertetur delectationis aucupium, & quadrandæ orationis industria. Nec verò nimius is cursus numerorum esse debet, id enim in dicendo numerosum putatur, non quod totū constat è numeris, sed quod ad numeros proximè accedit.

accedit. Nullus enim pes est, qui non ali quando veniat in orationem. Miscendi ergo sunt, curandumq; , ut sint plures, qui placeat, & circumfusi bonis deteriores lateat. Dochimus quoquis loco est aptus, dummodo non iteretar. Plurimum etiam venustatis habet Creticus, Cicet. pro Mar. Mare. Nullius est tantum flumen ingenij, nulla dicendi, aut scribendi tanta vis, tamq; copia, quae non dicam exornare, sed enarrare C. Cæsar res tuas gestas possit: tamen hoc affirmo, & hoc pace dicā tua, nullam in his laudem esse ampliorem quam eam, quam hodierno die consecutus es: in hac periodo sunt quidem alij pedes, sed qui eam iucundissimam efficiunt, sunt Cretici, Dochimus, Pæon, Daethyli, & Spondei.

De his quæ suapte natura numerosa sint. Arist.

C A P V T. XXXXIIII.

3. Rhet
capit. 9

A Liquando suapte natura numerosa In orat sunt, quæ dicuntur, etiā si nihil factū Quint. est de industria. Cum enim sunt casus in libr. 9.

ex iuriis similes, aut paribus partia referuntur,
 quasi sua sponte coccinatate habet oratio,
 ut in illo Ciceronis pro Milone. Est enim
 pro Mil Iudices haec non scripta, sed nata lex, qua
 non didicimus, accepimus, legimus, verum
 Aet. 4. ex natura ipsa arripiimus, expressimus,
 in ver. huius: ad quam non docti, sed facti, non
 instituti sed imbuti sumus. Haec enim ra-
 lia sunt, ut quia referuntur ad ea, ad quae
 debent referri, intelligamus non quæsitum
 esse numerum, sed secundum. Quod sit item
 referendis contrarijs. In hoc genere Cicero
 frequens est, ut illa sunt in quarto accusa-
 tionis. Conferre hanc pacem cum illo bello:
 huius Prætoris aduentum cum illius Impe-
 ratoris victoria: huius cohortem impuram;
 cum illius exercitu invicto: huius libidines
 cum illius continentia: ab illo, qui cepit con-
 ditas, ab hoc qui constiuitas accepit, captas
 dicetis Syracusas, quae sunt venustissima.
 Seper enim haec, quae à Græcis antitheta
 nominari supra diximus, cum de figuris
 ageremus, numerum oratorium necessitate
 ipsa efficiunt, & cum sine industria.

Quæ viciā sint vitāda in oratione numerosa

C A P. XXXXV.

HAEC tamen viciā in tota hac re diligē. *Quint*
tissime sunt vitāda, in primis ne aperi- *libr. 9.*
tē verba traiiciātur, quo melius aut cadat *cap. 4.*
aut voluatur oratio: deinde ne inania quæ
dam verba, quasi complementa numerorū
inculcentur: tertio ne minutis concidatur,
infringaturque sententia. Sed verba iam
probata, & electa concinnē coagmenten-
tur. Nam vel dura inter se commista po-
tiora sunt inutilibus. Multa sunt autem,
quæ ijs vitijs declinatis, numerosè com-
ponendi labore minuāt. Sunt enim mul-
te figuræ, quibus & casus & numeri pos-
sint variari. Sunt multa etiam, quæ idem
valent atq; significāt, ex quibus exercitati
facilē illud eligunt, quod institutæ verbo-
rum comprehensioni maximè quadrat.

De magnitudine ambitus.

C A P V T. XXXXVI.

N 4

Habet

Cicer. in orat. **H** Abet autem periodus mēbra minimum duo, sāpē etiam & tria. Cic. pro leg. Man. Nam cū antea per ætatē nondū huius autoritatē loci continere auderē, statuerēq; nihil huc, nisi perfectum ingenio, elaboratū industria afferri oportere: omne meum tempus amicorum temporibus transmittēdū putavi. Cicero eum ambitum mediocritatem habere ait, qui quatuor ferē membris constat. Nam & aures implet, & nec breuior est, quam satis sic, nec longior. Vult autem, ut è quatuor, quasi hexametrorum versuum instar quod sit, constet fēi è plena comprehēsio. Eius generis est illud pro Milone, Ego cū tribunus plebis Republica oppressa me senatus dedisseim, quē extinctum acceperā: equitibus Romanis, quoruī vires erant debiles: bonis viris, qui omnem autoritatē Clodianis armis abiecerant: mihi vñquā honorum præsidium defuturum putarē? Debet autem periodus sensum cōcludere: sit etiam aperta, ut intelligi possit, & non immoda, ut memoria contineri possit.

De

De numero, qui est in membris, & cuiusmodi ea esse debeant.

C A P. XXXXVII.

Q Vid sit membrū, quid incisum, quid ambitus antea dictū est. Illud etiā est in oratione explicatum, aliud esse circumscriptè. *Cicero.* *Quint.* aliud membratim dicere. Illic enim circumscribitur verborum comprehensio, donec *libr. 9.* *cap. 4.* in clausula semel consistat: hic in singulis membris oratio insistit. Quod in pronunciando magnopere reficit spiritū, unde fit, ut oratio, quam membris carpimus, longior multo esse possit, quam ea, quæ constat circuitu. Ita ut aliquando ad quindecim, aliquando ad viginti membra excurrat, cuiusmodi est locus ille elegantissimus in oratione Ciceronis pro Milone, Occidi, occidi non spuriū Meliū, qui annona levanda, iacturisque rei familiaris, quia nimis amplecti plebē videbatur in suspicionem incidit regni appetendi: non T. Gracchū, & quæ sequuntur. Nihil autem tam debet esse numerosum, quam hoc, quod minimè

apparet. Sed non tam apertè, & palam in incisionibus & membris numerus est adhibendus, quám apertè & palam in ambitu adhibetur.

In quo scribendi genere circumscripte, in quo sit membratim dicendum.

Agit.

C A P V T . XXXXVIII.

3. Rht.

In historia, laudationibus, totoq; eo generere, quod Græci epidicticō nomināt, Cic. in orator. quod quasi ad inspiciēdum delectationis causa cōparatū sit, omnia Isocrateo, Theod Quint. pompeoq; more illa circūscriptione & ambitu dicenda sunt, vt tanquam in orbe in cap. 4. clusa currat oratio. Itaq; posteaquē est cognita hæc vel circūscriptio, vel cōprehēsionem, qui aliquo esset in numero, scripsit orationē eius generis, quod esset ad delectationem comparatum, remotumq; à iudicijs forēisque certamine, quin redigeret omnes in quadrum numerumque sententias. Genus autem hoc orationis nec totū assumendū est ad contētationes, & causas

veras

veras, nec omnino repudiandum. Si enim
 semper utare, cum satietatem affert, tūm
 quale sit ab imperitis etiam cognoscitur.
 Detrahi præterea actionis dolorē, aufert
 humanū sensum actoris, tollit fūdītus ve-
 ritatē, & fidem. Sed quoniam adhibenda
 nonnunquām est, primum videndum erit
 quo loco, deinde quandiu retinenda sit,
 tūm quot modis commutanda. Adhiben-
 da est igitur numerosa oratio, si aut lau-
 dandū est aliquid ornatius, ut Cic. in accu-
 sationis secūdo de Siciiāe laude dixit: aut
 exponenda narratio, quæ plus dignitatis,
 desiderat, quā doloris, ut in quarto accusa-
 tionis, idem Cicero de Syracusarū siu di-
 xit. Est etiam apta proemijs maiorū cau-
 sarū vbi solitudine, miseratione, cōmē-
 datione res eget. Sæpe etiā in amplificā-
 da re concessu omniū, funditur numerosè
 & volubiliter oratio. Id autem tūm va-
 let, cūm is, qui audit ab oratore iam ob-
 sessus est, ac tenetur. Non enim id agit, ve
 insidiantē obseruet, sed iam fauet, proce-
 sumque vult, dicendique vim admirās nō
 inquit,

Act. 2.

in ver.

Act. 4.

in ver.

inquirit, quod reprehendat. Hæc autē forma perorationes quidē includit, sed in re liquis orationis partibus retinenda non diu est. Nam cum locis supradictis ea fuerimus usi tota dictio est ad incisa, & membra transferenda. Incisim autem & membratim tractata oratio, in veris causis plurimum valet, maximeque his locis, cum aut arguas, aut refellas.

*Quia ratione paretur hæc facultas apie, ac
Cic. de numerose dicendi.*

Orator. C A P V T, XXXXIX.

Quint. lib. 9. cap. 4. **H**æc autem facultas apie atq; numerose dicendi, nō est tati laboris quāti videtur. Nec ideo hæc tractatur à sumis viris, vt oratio, quæ ferri debet ac fluere, dimetiendis pedibus, ac perpendendis syllabis consenserat. Satis enim in hoc oratore formabit multa scribendi exercitatio, vt extēpore etiā apie numeroseq; dicat. Ante enim circumscribitur mente sententia, cōfestimq; verba cōcurrunt, quæ mēs eadem, quā nihil est celerius, statim dimit.

tit-

tit, ut suo quoque loco respōdeat. Quod si Antipater ille Sidonius solitus est versus Hexametros aliosq; varijs modis, ac numeris fūdere extēpore, tantumq; hominis ingeniosi ac memoris valuit exercitatio, ut cum semente, ac voluntate cōiecisset in versū, verba sequerentur, quanto id facilitus in oratione, exercitatione, & consuetudine adhibita consequemur? Nihil est enim tā tenerū, neq; tam flexibile, neq; quod tā facile sequatur, quocūq; ducas, quam oratio. Ex hac versus, ex eadem dis pares numeri cōficiuntur: ex hac hæc etiā soluta varijs modis, multorumque generū oratio. Et ut mollissimam ceram ad nostrum arbitriū formamus, sic orationis genus ad omnem rationem, & ad aurium voluptatem, & animorum motum facile mutatur, & vertitur. Nemine itaq; Pœon aut Creticus ille, aut Dichoreus cōturbet, ipsi occurrent orationi, ipsi, inquam, se offerent & respōdebunt nō vocati, cōsuetudo modō adsit scribendi hoc modo atque dicendi: Ut enim musici accurate primo,

& co-

& cogitatè suæ artis præscripta , & for-
mulas obseruant, at vbi usus accessit, sine
cogitatione etiam , & cura eadē illa incre-
dibili celeritate efficiūt: sic vbi orator hoc
modo scribere initio consueuerit, sine ullo
labore postea similiter scribet, ac dicet.

Cit. in

Quanti momenti sit aptè dicere.

Orator.

C A P V T . L.

Quint

libr. 9.

cap. 4.

Quartum autem sit aptè dicere, expe-
rii licet, si aut compositi oratoris
bene structam collocationē dissoluas, per
mutatione verborum: corrumpatur enim
tota res: ut hæc Ciceronis in Corneliana:
Neque me diuitiæ mouēt, quibus omnes
Africanos, & Lælios, multi venalitij mer-
catoresque superarunt: immuta paululū,
ut sit, Multi superarunt mercatores, ve-
nalitijque: perierit tota res. Et quæ se-
quuntur: Neq; vestis, aut cœlatum aurū,
& argentum, quo nostros veteres Mar-
cellos, Maximosque multi Eunuchi è Sy-
ria, Aegypto q; vicerunt. Verba permuta-

sic,

sic, ut sit, vicerunt Eunuchi è Syria, Aegy-
proq;. Adde tertius, neq; vero ornamēta
ista villarū, quibus L. Paulum, & L. Mū-
mum, qui rebus his vrbē, Italiāque refer-
serunt, ab aliquo video per facile Deliaco
aut Syro potuisse superari: fac ita, potuisse
superari ab aliquo Syro aut Deliaco. Vi-
des ne vt ordine verborū paulum cōmuta-
to, ijsdē verbis stante sententia, ad nihilū
omnia recidant, cū sint ex aptis dissoluta? Aut si alicuius inconditi arripias dissipata
tam aliquam sententiam, eamque ordine
verborum paulum cōmutato in quadrum
redigas, efficiatur aptū illud, quod fuerit
antea diffluens, ac solutum. Age sume de
Grachi apud censores illud. Abesse non
potest, quin eiusdem hominis sit probos im-
probare, qui improbos probet. Quāto ap-
tius si ita dixisset: *Quin eiusdem hominis*
sit, qui improbos probet, probos improba-
re? Hoc modo dicere nemo vnquam noluit
nemo q; potuit, quin dixerit. Qui autē ali-
ter dixerūt, hoc assequi nō potuerunt. Ros
autē se sic habet, ut breuissimè dicā, quod
fentio,

senio, composité & aptè sine sententijs dicere, insania est: sententiose autē sine verborum & ordine, & modo infantia: sed huiusmodi tamen infantia, vt ea qui vtan-tur, non stulti homines haberi possint, etiā plerumq; prudentes: quo, qui est conten-tus, vtatur. Eloquens verò, qui nō appro-bationes solum, sed admirationes, clamo-res, plausus, si liceat, mouere debet, omni-bus oportet ita rebus exce llat, vtei turpe sit quicquā aut spectari, aut audiri liben-tius. Hæc Cicero in oratore. Quare cum Aristoteles, qui aureum fundit flumē ora-tionis: cùm Theophrastus, qui diuinitate loquendi nomen inuenit: cùm Isocrates, quem eloquentiæ patrem Cicero appellat: cum Demosthenes, cui sine dubio summa-vis eloquentiæ conceditur: cū Cicero, qui primum cum Græcorum gloria latine di-cendi copiam æquauit, hanc eloquentiæ partem tanti fecerint: ea nobis summa de-bemus industria, summo etiam studio cō-parare.

De tribus generibus dicendi.

C A P U T, L I.

Per spicuum est aliud dicendi genus in
paruis causis, aliud in modicis, aliud
in grauibus desiderari. Nec soluva-
riæ causæ variū dicendi genus efflagitat:
sed diuersæ orationis partes, diuersa quo-
que orationis formā postulat. Quod cum
ita sit, quot sint genera dicendi, & in qui-
bus tum causis, tum orationis partibus ea
sint adhibenda, dicamus. Tria sunt igitur
dicendi genera, in quibus omnibus peræq;
debet florere excellens, & perfectus ora-
tor: Vnum subtile acutum, & tenuem. Al-
terum vehemens, copiosum & graue. Ter-
tium est interiectum inter medium, &
quasi temperatum, in quo neq; acutum su-
perioris generis, nec vis posterioris. Cum
autem oratoris tria sint officia docere, mo-
uere, & delectare: subtile in probando,
modicum in delectando, vehemens in fle-
ctendo versatur. In genere subtili forma
debet esse orationis à vinculis numerorū

Cic. in
Orat.Quint
libr. 9.
cap. 43Cicer.
in orat.Quint
libr. 2

cap. 10

libera

libera & soluta, non tamen vaga, vt in-
gredi libere, nō vt licēter videatur errare.
Diligentia etiā conglutinandi verba p̄-
